DE EFFECTIBVS INIMICITIAE.

TOMVS SECVNDVS

AVCTORE

V. I. D. D. FRANCISCO BARONIO PANORMITANO.

Olim publicè in Patria iura interpretante,
Poſtmodum in ſupremis Siciliæ Regni Tribunalibus Aduocato.
Doctorumque aduocationem petentium promotore electo.
Ac Iudice Regiæ Curiæ Prætorianæ.

IN QVO PLENISSIME EXAMINANTVR
ſexdecim Inimicitiæ Effectus.

IN PRAXI SVMMOPERE VTILES, ET NECESSARII
Cum Indice rerum memorabilium, copioſiſſimo.

PANORMI,
Ex Typographia Petri Coppulà Impreſſoris Cameralis. 1658.

Imp. Abbas Geloſus V.G. Imp. R. Gregor. P.

BENEVOLO LECTORI.

V. I. D. D. PETRVS MARINVS.

INter nouiſſimos Iuriſprudentiæ profeſſores, qui ingenij ſui fæturam in lucem edere ſatagerunt iam vides (Candide Lector) quali ſolertia noſter acutiſſimus Auctor ijs rebus diſſerendis animũm ſẽper addixerit, quæ in foro verſantibus maximam afferrent vtilitatẽ. Protulit in primis ad publicam aleam non leui præmiſſa ſollicitudine inſignem illum de Citatione tractatum tribus voluminibus diſſectum; in quo tam dilucidè, abſoluteque ſingula ad edictum de in Ius vocando ſpectantia complexus eſt, vt in eo nil potuerit Zoilus inuenire quod carperet, nil peritus optare, quod deficeret. Aurea mox ſiculorum Conſilia de Priuilegio Vrbis Panormi, Fiſcum principaliter agere contra Ciues prohibente, copioſis locupletauit Annotationibus, & plurimas quæſtiones circa illud a Regnicolis vſque modo non animaduerſas magiſtrali reſolutione definiuit. Sed cum reliquis ſummo prætio habendus eſt liber DE EFFECTIBVS INIMICITIÆ, in quo ſiue materiæ ab alijs non diſcuſſæ inuentionem, ſiue totius operis aptiſſimam diſpoſitionem, ſiue rerum varietatem intuearis, amæniſſimũm comperies viridarium omni fructuum genere ad mentis alimonia circumſeptum: nec deſunt in eo practicabiles controuerſiæ, exactá diſquiſitione ventilatæ, rerumque Iudicatarum auctoritate præſtantes, vt conducibilius præ ſtudioſorum manibus verſaretur. Reliquum erat ad libri finale complementum alios inſerere Inimiciarum Effectus, qui vel propter materiæ copiam in primis elucubrationibus ab oculis Auctoris exciderant, vel in calce tractatus (quia ſerò in mentem venerant) omni expertes ornamento delitеſcebant. Accipe igitur in hoc ſecundo volumine magnis ſtudijs elaborato poſtremam racemorum partem, mira pulchritudine perpolitam, quæ tam fructuoſo tractatui verè coronam imponit, & ab huius præſtantiſſimi viri ſedulitate maiora, ſi modo hæc grato ſuſceperis animo, conſequeris. Vale.

INDEX
EFFECTVVM INIMICITIAE
IN HOC SECVNDO LIBRO CONTENTORVM.

EFFECTVS CLIII.

CRIMEN aſſaſſinij ceſſat ſi quis recepto prætio promictat communẽ inimicum occidere.

EFFECTVS CLIV.

Fiſcus non poteſt principaliter agere contra inferentem ignominiã perſonis Religioſis ratione priuati odij, & inimicitiæ.

EFFECTVS CLV.

Debitor quantitatis liberatur per eius interitum ſi caſus eueniat ex facto iniuſto inimici creditoris.

EFFECTVS CLVI.

Debitor obligatus ad factum ſi ex culpa ſua fuerit ab inimico impeditus nõ excuſatur à mora.

EFFECTVS CLVII.

Emphiteuta ſi propter graues inimicitias ad locum, in quo Canon ſoluendus erat non acceſſit, ſi non ſoluat excuſatur.

EFFECTVS CLVIII.

Miſſam diebus feſtiuis non audiens, quia propter timorem inimicorum à domo exire non potuit non peccat.

EFFECTVS CLIX.

Proprius Parochus ſi ſit odioſus, vel inimicus ei, qui confiteri, & ab eo Communionem recipere debet, poteſt ab alio tempore Paſchali Sacramenta recipere.

EFFECTVS CLX.

Capitaneus Nauis poteſt illam in alio loco exonerare, quã in Conuento, & deſtinato propter timorem inimicorum, & piratarum.

EFFECTVS CLXI.

Statutum de ſoluendis vectigalibus, non habet locum ſi Nauis timore hoſtium, vel piratarũ, vel

vel

vel ex tempeſtate portui ſe applicat.

EFFECTVS CLXII.

Præſumptio, quod voluerit extra territoriũ deferre merces ceſſat, licet quis vtatur via inſolita, quando via recta, & ſolita eſt ab hoſtibus occupata.

EFFECTVS CLXIII.

Monachus, vel Clericus tranſiẽs per loca inimicorum, in quibus ſi cognoſceretur Religioſus periculum vitæ pateretur, ſi habitum dimictat, non dicitur apoſtata.

EFFECTVS CLXIV.

Monachus ſi propter magnam Abbatis inimicitiam, vel ſæuitiam à Monaſterio recedat, vt ad Superiorem vadat, non dicitur apoſtata.

EFFECTVS CLXV.

Statutum quod nullus in Ciuitatem ſub certa pœna ducat porcos, non habet locum in eo, qui hoſtium metu duxit porcos in Ciuitatem.

EFFECTVS CLXVI.

Monachus abſque eo quod incurrat pænam excommunicationis poteſt intra ſepta Monaſterij detinere arma ſi eſt inimicus Abbatis.

Clericus ſi habet inimicos capitales poteſt arma deferre.

EFFECTVS CLXVII.

Hæreticus non dicitur, qui metu mortis ab inimicis Sanctæ Fidei illato fidẽ negat, ſi vere fidelis ſit, & fidẽ mẽte teneat, licet mortaliter peccet.

EFFECTVS CLXVIII.

Pactum quod iuramento alicuius ſtetur poteſt reuocari, ſi ille cuius iuramẽto ſtari debet, eſt effectus inimicus, vel in deterius conditionem mutauerit.

FINIS.

DE EFFECTIBVS INIMICITIAE.

TOMVS SECVNDVS.

AVCTORE

V. I. D. D. FRANCISCO BARONIO PANORMITANO.

Olim publicè in Patria iura interpretante,
Poſtmodum in ſupremis Siciliæ Regni Tribunalibus Aduocato.
Doctorumque aduocationem petentium promotore electo.
Ac Iudice Regiæ Curiæ Prætorianæ.

EFFECTVS CLIII.

SVMMARIVM.

1 *ASſaſſinus dicitur ille qui pretio Conuento, in aliqua conſiderabili quãtite, vel in altera re, vel ſpecie loco pecuniæ occidit, vel occidi mandat aliquem Chriſtianum etiam ſi promiſſum quod fuit ſequuta delicto ſolutum, vel datum non ſit nu. 2.*

Et plenè conſtare debet per teſtes, aut per partis confeſſionem, quod pecunia fuerit data pro illa cauſa, pro qua fuerit datum mandatum nu. 3.

Maximè ad effectum gaudendi immunitate Eccleſiaſtica nu. 4.

Et quod promiſſio, & occidendi mandatum fuerit à mandatario acceptatum nu. 5.

Et occidens communem inimicum recepto pretio nõ dicitur Aſſaſſinus nu. 6. 7. 8. Amplia n. 16.

Et an iſto caſu mandans, excuſetur à pena ordinaria? nu. 9. & 10.

11 *Filius familias ſi recepta pecunia quempiam de mandato patris*

Digitized by Google

occidat precedente ad occidendum mandato non dicitur aſſaſſinus ſi pater mandans ſit inimicus offenſi nu. 12.

Et de ratione nu. 13. & 14.

15 *Conſanguineus ſi de mandato conſanguinei pretio accepto inimicum cōſanguinei occidat, an dicatur aſſaſſinus?*

17 *Aſſaſſinus an dicatur, qui aliquem occidit ſub generali, & incerta promiſſione? & num. 18. 20. & 21.*

Et an gaudeat Eccleſiaſtica immunitate? nu. 19.

22 *Aſſaſſiniū an probetur ex mutuo, & commodato? & nu. 23.*

24 *Aſſaſſinus non dicitur, qui occidendi mandatum recipit, & occidit ſub ſpe equi quem exiſtimabat ſibi dandum à mandante, & n. 25 de ratione.*

Et Eccleſiaſtica immunitate gaudet, nu. 26.

27 *Aſſaſſinus non dicitur qui animo complacendi, vel vt rem gratam faceret tantum occidit.*

Contrarium nu. 28.

29 *Aſſaſſinium non dicitur quando poſt homicidium commiſſum parua quantitas pecuniæ datur, quia pro expenſis data videtur nu. 30.*

31 *Aſſaſſinium non dicitur quando quis habuit mandatum ad vulnerandum non ad occidendum n. 32. de ratione, licet grauius debeat puniri, & vide nu. 35. & 36.*

Et an gaudeat immunitate Eccleſiaſtica? nu. 34. & ſub n. 35.

37 *Aſſaſſinus non dicitur qui Hebreum, vel alium infidelem occidit mediante pecunia.*

Et an hac qualitas ſit probanda à Fiſco, vel reo? nu. 38.

39 *Aſſaſſinium reſpectu atrocitatis æquiparatur crimini hæreſis, & leſæ Maieſtatis.*

40 *Aſſaſſinus non gaudet immunitate Eccleſiaſtica.*

Nec auxiliatores, & complices nu. 41.

Nec gaudet indulto generali nu. 42.

43 *Clericus aſſaſſinus non gaudet foro Clericali.*

Sed vt A laico pro aſſaſſinio puniatur debet prius de aſſaſſinio cōſtare, & ab Epiſcopo condemnari nu. 44. & nu 45. de ratione.

Et ipſo iure priuatur beneficiis. nu. 46.

47 *Aſſaſſinus an gaudeat foro Sācti Officii.*

An ſit remittendus ad Baronem num 48.

49 *In crimine aſſaſſinii, ex abrupto proceditur.*

50 *Fiſcus in crimine aſſaſſinii poteſt principaliter agere.*

51 *In crimine aſſaſſinii an poſſit procedi contra mandātem non cōſtito de mandatario & nu. 52.*

53 *Mandatarius ſi in crimine aſſaſſinii eſt abſolutus, an abſolutio proſit mandanti?*

54 *In aſſaſſinio probabilia argumenta ſufficiunt.*

55 *Teſtis de auditu in crimine aſſaſſinii an faciat indicium ad torturam?*

56 So-

56 *Socius criminis an probet in crimine aſſaſſinii?*

57 *Affectus an puniatur effectu non ſequuto in crimine aſſaſſinii?*

58 *Aſſaſſinus qua pœna puniatur? An aliqua ex cauſa poſſit dicta pœna minui? nu. 59.*

Quid de proxeneta mutuante pecuniam cauſa inueniendi aſſaſſinum de receptante, & defendente aſſaſſinum, de depoſitario pecuniæ conuentæ pro aſſaſſinio committendo nu. 60. 61. 62.

63 *Aſſaſſinus an poſſit defenſionibus ſuis renunciare?*

1 CENTESIMVS quinquageſimus tertius effectus eſt quia licet aſſaſſinus dicatur ille, qui pretio conuento in aliqua conſiderabili quantitate vel alterius rei, vel ſpeciei loco pecuniæ occidit, vel occidi mandat aliquem Chriſtianum, & ſic certo pretio, vel altera re, vel ſpecie loco pecuniæ conducens vel conductus homicidiū perpetratur etiam ſi promiſsū,
2 quod fuit ſequuto delicto ſolutum vel datum non ſit. *Graſſ. poſt multos de effectibus Clericat. effect. 1. nu. 699. 700. 703. & ſeq. Squillant. de priuileg. Cleric. cap. 7. nu. 113. Guazz. ad defens. reor. defens. 1. ex defect. Iuriſd. cap. 38. nu. 42. Nouar. ſuper prag. Reg. Neap. Tit. de Aſſaſſin. collect. 1. num. 1. 2. & 3. Taſſon. de Antefat. verſ. 12. obſeru. 1. ſub nu. 24. Ball. de lict. diſpenſ. lib. 3. q. 3. cap. 1. num. 8. Giurb. conſ. 7. num. 1. conſ. 22. nu. 16. conſ. 41. nu. 10. 11. & 12. in fine conſ. 46. nu. 1. 8. & 17. conſ. 70. nu. 37. & 39. & conſ. 97. n. 3. Vermigl. cōſ. 14 ſub num 6. conſ. 16. num. 26. conſ. 23. nu. 12. conſ. 97. num. 6.*
3 vbi etiam dicit quod plene cōſtare debet per teſtes, aut per partis confeſſionem quod ipſa pecunia fuerit data pro illa cauſa, pro qua prætenditur datum mandatum, maxime ad effectum non gaudendi Immu-
4 nitate Eccleſiaſtica, vt notat, *num. 7. idem Vermigl. conſ. 105. nu. 11. 12. & 13. & conſ. 106. num. 3. & 7. Thor. in compend. deciſ. to. 3. verbo aſſaſſinium il 2.*

5 Et quod promiſſio, & occidendi mandatū fuerit à mandatario acceptatum *Giurb. cōſ. 41. ſub nu. 11. Guazz. vbi ſupra ſub nu. 42.* & vide DD. citatos infra in verſ. corpus delicti.

6 Tamen ſi quis promiſit vt recepto pretio cōmunem occideret inimicū, ceſſat crimen
7 aſſaſſinij, ✠ vel quia ceſſat proditionis atrocitas, quę in aſſaſſinio conſideratur, cum ab inimico poſſit quis præcauere, ✠
8 vel quia potius ex ſui inimicitia, quam alterius mādato homicidium commiſiſſe videtur, *Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. nu. 698. Vermigl. conſ. 97. nu. 9.* vbi

etiam quod gaudet immunitate Eccleſiaſtica *Ioann. Maria Campan.reſolut.crim.16.nu.36. Farinacc. quæſt.123. num.157. Guazz. loco citato ſub num. 42. Giurb.conſ.48.num.25.conſ.70. num.31.& ſeq.& ſub num.33.*

9 dicit quod iſto caſu mandans ſaltim à pęna ordinaria excuſatur.

10 Sed vide eumdem *Giurb.dicto conſ.48.nu.26.& 27.* diſtinguentem quod aut fuit conuẽtũ à principio quod in ſcelere perpetrando interueniret mãdans,& tunc non puniri de aſſaſſinio mandantem dicit: Aut omni prætermiſſa cõuentione præceſſit mandatum de occidendo data pecunia, & illud à mãdatario fuerit acceptatum, & tunc inquit quod ex hoc tãtum, delictum dicetur conſumatum quo ad mandantem, vt puniatur de aſſaſſinio, licet mãdans deinde voluerit interuenire in mandati homicidij exequutione. *Guazz. dicta deſenſ. 1.ex defect. iuriſd. cap. 38. ſub num.42.Ball.de litter.diſpẽſ. lib.3.q.3.nu.20.Rouit.prag.1.de aſſaſſin.nu.17.Thor.in compend. decij.tom.3.Verbo aſſaſſinium il 2.in fine.*

11 Quid ſi filius familias recepta, vel promiſſa pecunia quempiam de mandato patris occidat pręcedente ad occidẽdum mandato, an dicatur aſſaſſinus? & quod non determinant, *Nouar dicta collect.1.nu.3:& Ioan. Maria Camp. dicta*

12 *reſolut.16.ſub num.37.* ✠ dato quod pater mandans ſit inimicus offẽſi;debebat enim & poterat tam à patre inimico, quã

13 ab eius filio præcauere,✠ quia patris inimicus filij inimicus

14 dicitur, ✠ cum pater & filius pro vna reputentur perſona, *Gloſſ in l.ſi mater §.hoc iure verbo deducit ff. de except. rei iudicat. Giurb. conſ.61. num. 19. Scripſi t.1.de effectib.inimic.effec. 113.nu.48.*

15 Quid ſi conſanguineus de mandato conſanguinei pretio accepto inimicum conſanguinei occidat, an dicatur aſſaſſinus?& *Ioan.Maria Camp.dicta reſolut.16.ſub nu.37.* dicit hoc arbitrio iudicis eſſe remittendum ex qualitate inimicitiæ, quę eſt inter mandãtem & offenſum,& gradu conſanguinitatis exiſtentis inter mandantem & mandatarium; nam ſi ita grauis inimicitia eſt,& talis conſanguinitatis gradus vt inimicitia mandantis extẽdi pręſumatur ad mandatarium hoc caſu ſi à conſanguineo inimici quis offendatur ceſſare proditorium, inquit, & à communi inimico illatam eſſe offenſam firmat.

16 Amplia quod dixi ſupra num.6. etiam ſi inimicitia poſt mandatum ſuperueniat, quia aſſaſſinium non erit *Giurba dicto*

dicto conſ.70.ſub.num.33.Graſ. dicto effect.1.nu.699.

17 Ex dictis ſupra num. 1. infertur primo quod generalis, & incerta promiſſio non ſatis eſt ad conſtituendum aſſaſſinium, *Giurb.conſ.70.ſub nu.37. & 38.* vbi exemplificat ſi fuerit dictum præſto tibi ero, vel
18 non ti mancherò à toi biſogni, vel non ti mancharà la caſa, mia, *Vermigl.conſ.14.nu.8.conſ. 97.ſub num.7.& conſ 101.ſub num.12. Guazz. ad defenſ. reor. defenſ.1.ex defect.iuriſd. cap.38. ſub num.42.*

19 Neque priuat aliquem immunitate Eccleſiaſtica *Giurb. dicto conſ.70.ſub nu.37.*

20 Cõtrarium quod generalis, & incerta promiſſio ſufficiat dicunt, *Bellon. conſ.28. nu.12. & ſub nu.19.Merlin.Contr.54. nu.23.& ſeq.Nouar.ſuper.Prag. Regn.Neapol.tit. de aſſaſſin. collect.2.nu.6 & ſ q.Burg.de mod. proc.ex abr.quæſt.23. num.212. Rouit.ſuper pragm.1. de aſſaſſin. ſub n.4.& 10. Thor.in compẽd. deciſ.tom.1.verbo aſſaſſinium il. 1.& tom.2. verbo aſſaſſinium il*
21 *primo,& ſecondo,*vbi de verbis ammazzate il tale,che io vi le-
22 uerò della forca ò ne farete coſa grata al Signor tale.

Infertur ſecundo quod cõmodatũ, & mutuum non probant aſſaſſinium, *Giurb.loco citato Vermigl. conſ. 101. num. 8. Guazz.vbi ſupra ſub nu.42.*

23 Contrarium in mutuo firmat. *Ball.lib.3.de litter.diſp. caſ. 1.quæſt.3 nu.11.*

24 Infertur tertio aſſaſſinum nõ eſſe, qui occidendi mandatum recepit, & occidit ſub ſpe equi, quem exiſtimabat fore vt
25 ſibi donaretur à mandante quia in aſſaſſinio conſenſus illius requiritur, qui ſpem aliquã pollicetur: *Giurb.conſ.70.num. 37.Vermigl.conſ.14. num.7. & conſ.101.nu.12. Bellon.conſ.28. num.10.& 11.*

26 Et conſequenter non priuatur Eccleſiaſtica immunitate, vt notat *Giurb.vbi ſupra.*

27 Infertur quarto non eſſe aſſaſſinum illum, qui animo complacendi tantũ occidit, vel vt rem gratam faceret *Giurb. dicto conſ.70.num.28.39 & 40. Guazz. dicto cap.38. ſub nu. 42. Ball.de litter. diſp. lib.3.caſ.1.qu. 3.nu.10. Vermigl.conſ. 14.nu.7. & conſ. 97.nu. 8.* Adeo vt immunitate Eccleſiaſtica fruatur *Giurb. dicto conſ.70. ſub nu. 39. & Vermigl.dicto nu.8.*

28 Contrarium quod ſit aſſaſſinus *Bellon.dicto conſ.28. nu. 16. & ſeq.*

29 Infertur quinto quod ſi paruę quãtitatis pecunia poſt homicidium fuit data non dicatur aſſaſſinium, quia videtur
30 data pro expenſis *Giurb. conſ. 70.num.41. Graſſ.dicto effect. 1. nu.707.*

31 Infertur ſexto quod ſi quis ha-

habuit mandatum ad vulné-
randum,non ad occidendum,
quod non dicatur aſſaſſinus,
32 quia ad eſſentiam aſſaſſinij re-
quiritur mandatum ad occi-
dendum, non ad vulnerandũ,
33 ✠ licet ob executionem man-
dati intercedente pecunia gra-
uior imponatur pæna *Graſſ. di-*
cto effect.1 nu. 691. Marin. Re-
34 *ſolut. 175. n.4.* vbi etiam quod
gaudet immunitate Eccleſia-
ſtica, *Squillant. de priuil. Cler.*
cap.7. ſub num. 113. Nouar. dicta
Collect.2. Vermigl. conſ. 14. nu.6.
& conſ.29. num.1. & vide eum-
dem *Vermigl. in fine dicti con-*
35 *ſili* 14. vbi diſtinguit ſi mors
fuerit ſequuta, vel non, eamdẽ
diſtinctionem facit *Squill. vbi*
ſupra vbi etiam de immunita-
te Eccleſiaſtica *Thor. in com-*
pend. deciſ. tom. 3. Verbo aßaſſi-
nium il 1.
36 Contrarium dicit *Ball. lib.*
3. de litt. diſp. cap. 1. q. 3. nu. 13.
37 Infertur ſeptimo aſſaſſiniũ
non committi mandando oc-
cidi mediante pecunia He-
bræum vel alium infidelem.
Nouar. dicta collect. 1. num. 3.
Guazz. dicto cap. 38. ſub nu. 42.
38 vbi an hęc qualitas ſit proban-
da à Fiſco, vel reo?
39 Et aduerte quod aſſaſſinium
reſpectu atrocitatis æquipara-
tur crimini hæreſis, & læſæ
Maieſtatis *Vermigl. conſ. 225.*
nu.8. Ball. de litter. diſp. lib. 3. caſ.
1. qu. 3. nu. 1. vbi nu. 2. qua pæ-
na puniantur, & firmant om-
nes DD. ſupra citati.
40 Hinc aſſaſſinus, non gaudet
immunitate Eccleſiaſtica *No-*
uar. ſuper Pragm. Regn. Neapol.
tit. de Aſſaſſin. collect. 1. nu. 6. Ca-
piblanc. de Baron. cap. 31. nu. 26.
to.2. Camill. Borell. de Regis Ca-
thol. praſt. cap. 71. à num. 124.
Guazz. dicto cap. 38. nu. 41. Taſ-
ſon. de Antifat. Verſ. 12. obſeruat.
1, ſub num. 27. Giurb. conſ. 41. &
54. nu. 44. Scacc. de Iudic. cap. 11.
nu. 70. Genue. in Prax. Archiepiſ.
Neap. cap. 17. Dian. de Immunit.
Eccl. Reſol. 18. Farin. q. 28. n. 26.
41 Sicut nec auxiliatores & com-
plices gaudẽt prædicta Immu-
nitate *Giurb. dicto conſ. 54. num.*
44. Guazz. dicto cap. 38. ſub nu.
42. Taſſon. de Antifat. Verſ. 12. ob-
ſeru. 1. ſub. nu. 27.
42 Nec minus gaudet indulto
generali *Giurb. conſ. 22. nu. 17.*
& 18. & conſ. 50. nu. 45. Capi-
blanc. dicto cap. 31. nu. 26.
43 Nec Clericus gaudet foro
Clericali de qua re videndi sũt
Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. à
nu. 668. Ball. de litt. diſp. lib. 3. qu.
3. nu. 28. Thor. in compend. deciſ.
tom. 3. Verbo aſſaſſinus. Camill.
Borell. de Regis Cathol. præſtant.
cap. 71. à nu. 121. Maſtrill. deciſ.
288. Giurb. conſ. 41. à n. 26. Bel-
lett. diſqu. p. p. de fauore Cleric. per-
ſonali §. 7. nu. 6. Squillant. de pri-
uileg. Cleric. cap. 7. à nu. 112. Oter.
diuerſ. Iur. qq. p 3. q. 28.
44 Sed ſi Laicus vult Clericum

de

de aſſaſſinio punire, debet pri⁹ de aſſaſſinio coram Iudice Eccleſiaſtico conſtare *Giurb.conſ. 41.nu.9.Graſſ.de effect Cleric.eſſect 1.nu 710 711. Billectus diſq. Cleric.p.p. de fauore Clericorum perſonali* § 7*.num.6.ỽ.* Tamen nõ poteſt niſi poſtquam á Iudice Eccleſiaſtico fuerit Iudicatus, & condemnatus, vt per doctores ab eo citatos.

45 Quia aſſaſſinij ſpecialia locum non habent, niſi de eius qualitate prius conſtet *Giurb. 50. nu.17.*

46 Et ipſo iure priuatur beneficijs *Squillant. de priuileg. Cler. cap.4.nu.209.*

47 An gaudeat foro Sancti Officij vide *Ball de litter.diſp. lib. 3.cap.1.qu.3.nu.34.*

48 An ſit remittendus ad Baronem vide *Nouar.dicta collect.1. num.8.& ſeq. Thor. in compend. Tom.1.Verbo Aſſaſsinus.*

49 Et in eo etiam de iure communi poteſt ex abrupto procedi *Burg. de modo proced. ex abr. quæſt.23.nu.210.*

50 Et Fiſcus poteſt principaliter agere *Mut. ſuper Cap. Reg. Alfonſ. 359.* vbi multa de Aſſaſſinio.

51 Et poteſt procedi contra mandantem non conſtito de mandatario *Mut.ſuper Pragm. de Arm.prohib.titul.45.nu.106.*

52 Cõtrarium firmat *Rouit.ſuper Prag.1.de Aſſaſſ. nu. 1. & 2.*

53 vbi nu.3.an ſi mandatarius ſit abſolutus abſolutio proſit mãdanti?

54 Et in eo probabilia argumenta ſufficiunt *Rouit. ſuper pragm.de aſſaſſin.nu.8.Giurb.cõſ. 22.num.22. & conſ. 41. nu.25. Rot.Auen.deciſ.15. num.6.Taſſon.de Antifat.Verſ.12.Obſeruat. 1.num.38.Ball.de litter. diſp.lib. 3.caſ 1.q.3.ſub nu.3.*

55 Hinc dubitatur ſi teſtis de auditu in hoc crimine faciat inditium ad torturam, vt per *Ball. vbi ſupra* licet teſtes debeant recipi p. c. *Nouar: dicta coll.1.nu.5.ſcripſi de cit. t.1. n 86.*

56 Si ſocius criminis probet, vt per *Nouar.dicta collect. 1. nu.4. Rouit.ſuper dicta prag. 1. nu 13. & 14.*

57 In eo punitur affectus non ſequuto effectu, de quare videndi ſunt. *Graſſ.dicto effect.1.num. 682.Giurb.conſ.97.nu.4.15. & 16.Ioan. Anton. Bellon. conſ.28. num.9.Rouit.deciſ.15.nu.1.Rot. Auen.deciſ.15.num.6.Guazz.dicto cap.38.ſub num 42. Nouar dicta collect.2.nu.4.& ſeq.Taſſon de Antifat. verſ.12.obſer.1. num.36 Ball.lib.3. de litter. diſp. caſ.1. quæſt.3..nu.4. Rouit.ſuper pragm.1.de Aſſaſſin Oter. dicta quæſt.28.à nu.4. Maſtrill. deciſ. 293.Thor.in compend.deciſ.to.1. verbo aſſaſſinium.*

58 Aſſaſſinus qua pęna puniatur? videndus eſt *Ballus loco ſupra citato Oter. dict. quæſt. 28. & alij ſupra cit.* & quid morte

non

non ſequuta? *Giurb. conſ.* 58. 59 *num.* 14. ✠ an aliqua ex cauſa poſſit dicta pæna minui? videndus, *Ioan.Mar.Camp. dicta reſolut.crim.*16.*nu.*38.

60 Quid de proxeneta, vel mutuante pecuniam cauſa inueniendi aſſaſſinum? vide *Maſtrill.deciſ.*269 *num.*27. *Giurb. conſ.*7.*nu.*6.7.8.9 & 14 & *cõſ.* 41.*nu.*13.& 14.*Graſſ.dicto effect.* 61 1.*nu.*684. & de Receptante, & defendente aſſaſſinum. *Rouit. deciſ.*15.*per tot. Nouar. vbi ſupra Collect.* 3.

62 Quid de depoſitario pecuniæ conuentæ pro aſſaſſinio committendo qua pęna puniatur? vide *Giurb.conſ.*41.*à nu* 4. & 10. *Nouar. dicta Collect.* 3. *nu.*6.& 7.

63 Sed an aſſaſſinus poſſit defenſionis ſuis renunciare? videndus *Vermigl.conſ.*97.*a* 18.

EFFECTVS CLIV.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus poteſt principaliter agere cõtra inferentẽ ignominiã ſeu offenſã perſonis ſacris ſeu religioſis, & de ratione n.*2.

2 *Fallit ſi offenſa fuerit facta ratione priuati odij, & inimicitiæ prout in dubio præſumitur vt minus delictum arguatur nu.* 4.5.& 6.& 7.

3 *Sacrilegium dicitur quaſi ſacri ledium.*

1 CEnteſimus quinquageſimus quartus effectus eſt, quia licet fiſcus poſſit principaliter agere contra inferentẽ ignominiam, ſeu offenſam per-2 ſonis ſacris, ſeu religioſis, ✠ quia per eorum offenſam diuina maieſtas offenſa cenſetur, *Marant. de ordin. Iudic. tit* 4 *l. de Inquiſit. num.* 141. & *ſeq. Viu. deciſ.* 27. *nu.* 5. *Angel. de malefic. verſ.* & *ad querelam nu.* 4. *addit. ad Salicet in l. ſi quis in hoc C. de Epiſc.* & *Cleric. Farinacc. quæſt.* 105.*nu.*291.

3 Et ideo ſacrilegium dicitur quaſi ſacri lędiũ, *Leon. in prax. Archiepiſc. fol.* 566 *n.*42. & 44. *Farinacc. quæſt.*28.*nu.*29. *Maſtrill.deciſ.*68.*num.*3.*Muſcatel. de delict. titul. de ſacrileg. num.*6. *Viu.deciſ.*497.*n.*10.*Piguer. deciſ.* 24.*num.* 6. quos omnes citat & ſequitur *Burg. de mod. proced ex Abrupt. queſt.*19.*nu.*212.& 213.

4 Tamen ſi offenſa fuit facta ratione priuati odij, & inimicitiæ, fiſcus non poteſt princi-5 paliter agere, ✠ quia tunc non egreditur perſonam offenſam, ex notatis *per Farinac. queſt.*17. *nu.*46.& *ſeq. et queſt.*117.*nu* 32. *et* 41.*Burg. ſupra nu.*314.

6 Prout in dubio præſumitur facta vt minus delictum arguatur, *Farinacc. quæſt.*117.*in fine et* 17.*nu.*41. & conſequenter nõ 7 cenſetur læſa Maieſtas diuina, ſed remanet merum priuatum delictum, in quo fiſcus actione

caret

caret tam in ſpecto iure communi, quam Regni *Intrigl. deciſ.41.nu.10.deciſ.19.nu.12.et ſeq. et ſingular.172.lib 2. bene Burg. vbi ſupra n.215.et 216.*

EFFECTVS CLV.

SVMMARIVM.

1 *Debitor quantitatis nō liberatur per eius interitū etiam caſu fortuito.*

Niſi caſus ex facto iniuſto inimici creditoris eueniret n. 2.

1 Centeſimus quinquageſimus quint⁹ effectus eſt, quia & ſi debitor quantitatis non liberetur per eius interitū etiam caſu fortuito *l. incēdium C.ſi cert.pet.§.item his inſt.quib. mod.re contrahit.obligatio Gl.in l.quod te mihi vbi DD. ff.ſi cert. petat. maxime Iaſ et Bolognett. Duen.in tract.regular. Verbo debitor in principio Regul.176.circa quam regulam videndi ſunt. Facchin.contr.Iur.lib.2.cap.71. Duen. loco citato Gabr comm. concl. lib. 3. titul. de reb. credit. concluſion.prima. Barboſ.in dicta l.incendium. Ruin.conſ.150. à n.3.lib.1.*

2 Tamen quando caſus eueniret ex facto iniuſto inimici creditoris liberaretur debitor. *l.ſi merces §.culpę ff.locat.l.pen.ff ſolut.matrim. Bolognett.in dicta l. quod te nu.30. in principio et n. 39.circa media ff.ſi cert.pet. Illuſtriſſimus Dominus, et preceptor meus Regens, et Præſes D. Petrus de Gregorio in ſuis doctiſſimis ſubtiliſſimiſque commētarijs dictæ legis quod te nu. 314. et 315.*

EFFECTVS CLVI.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad factū propter impedimētum. excuſatur à mora, et ſoluendo intereſſe liberatur.*

Niſi culpa ſua fuerit ab inimico impeditus nu.2.

3 *Obligatus ad factum non tenetur præciſè facere, ſed ſoluendo intereſſe liberatur.*

4 *Obligatio ad factum an ſit indiuidua?*

1 Centeſimus quinquageſimus ſextus effectus eſt, nam quamuis obligatus ad factum propter impedimentum excuſetur à mora, & ſoluendo intereſſe liberetur, *l. qui reſtituere 68. §. ſi vero non poteſt ff. de rei vēdicat.et ibi notat Bald. in 1.lectura n.3. l.in re furtiua. 8 in principio ff.de condi. furt.l. Iulianus 3. ff de confeſſ. l promiſſor.2 in principio ff. de cōſt. pecun Bart.in l.ſtipulationes nō diuiduntur. num. 40. et 44. vbi Alex.num.32.* dicit omnes trāſire cum Bartolo, quos citat & ſequi-

ſequitur. *Carleu. de Iudic. lib. 1. titul. 3. diſput. 3. nu. 12.*

2 Tamen ſi ex culpa ſua fuerit ab inimico impeditus non excuſatur à mora, *Bolognett. in l. quòd te ſub n. 75. verſ. vnde fac duas concluſiones ff. ſi cert. petat Illuſtriſſimus D. Petrus de Gregorio Regens, et Preſes in dicta l. quod te nu. 472.*

3 Et an et quando obligatus ad factum non teneatur præciſè facere, ſed ſoluendo intereſſe liberetur? vide *Mut ſuper cap. Reg. Alfonſ. 193. in addit. littera K et conſuet. 57. num. 17. Anton. et Blaſc. Lanc ſuper Rit. 125. Viuicit. Rit. 126. Xibecc. Conſ. 24. n. 26. vbi Luna in addit. Faccbin. contr. Iur. lib. 3. cap. 17. Carleual. omnino de Iudic. lib. 1. titul. 3. diſput. 3. Gomez. de de contract. cap. 10. nu. 22. Surd. conſ. 52. et deciſ. 225. Seraſin. de priuil Iura priuileg. 15. num. 33. Oſaſc. deciſ. pedam. 92. Socc. ſen. conſ. 16. lib. 4. n. 24. 25. & 26.* ✝

4 vbi etiam an obligatio ad factum ſit indiuidua, vt poſſit alter ex ſtipulatoribus agere? *Fuſar. de ſubſt. quæſt. 674. nu. 9. & 10. Menoch. conſ. 92. nu. 22. Bart. & DD. in l. 4. §. Cato ff. de verb. obligat. vbi ſcripſi.*

EFFECTVS CLVII.

SVMMARIVM.

1 E*Mphiteuta non ſoluens canonem tēpore debito trien-nij, vel biennij cadit ab emphiteuſi.*

Amplia etiam quod dominus promiſiſſet in contractu emphiteutico illum non expellere n. 2. & num. 3. de ratione Amplia etiam num. 9. 12. 21. 22. 23. 24.

Intellige domino volente n. 4.

Limita nu. 27. & ſeq.

5 *Sentētia an requiratur vt emphiteuta incidat in commiſſum an vero ſufficiat declaratoria domini?*

6 *Caducitas à domino non declarata an poſſit ab herede declarari?*

7 *Emphiteuta tenetur probare ſolutionē canonis, & in ea probanda quinque teſtes requiruntur nu. 8.*

9 *Emphiteuta ſoluens partem Canonis cadit à toto.*

Amplia etiam ſi deficiat à ſolutione vnius nummi nu. 10.

11 *Emphiteuta ſi alienat partē cadit à toto.*

12 *Heredes emphiteutæ tenentur in ſolidum ad ſolutionem canonis, & ideo vno non ſoluente tota res cadit in commiſſum, & vide nu. 13.*

Limita num. 14. 16. 17. 18. 19. & 20.

Sed non culpabilis agit contra culpabilem dicto nu. 13.

21 *Maritus non ſoluens canonem an præiudicet vxori?*

22 *Pupillus infans minor, & furioſus nō ſoluentes canonem an cadant à iure ſuo.*

Et

Et ſi cadant an reſtituantur. dicto nu.22.

23 *Eccleſia nō ſoluens canonem, an cadat à iure ſuo, & ſi cadit an reſtituatur? ibidem.*

24 *Emphiteuta cadens in commiſſum præiudicat ſuis ſucceſſoribus, & tertijs habentibus cauſam ab eo nu.25.*

Limita nu.26.

27 *Emphiteuta ſi propter graues inimicitias ad locum, in quo canon ſoluendus erat non acceſſit excuſatur a caducitate ſi nō ſoluat.*

Amplia num. 28.

Limita num 29. & 30.

Declara num. 31.

32 *Emphiteuta non poſſidens an teneatur ſoluere canones?*

33 *Emphiteuta an poſſit moram purgare & euitare commiſſum, & nu.34. de termino ſolito dari ad purgandam moram.*

35 *Emphiteuta an euitet commiſſum ſi ante declarationē depoſitum faciat canonis?*

36 *Emphiteuta cadens in commiſſum, an cadat etiam à iure luendi?*

37 *Caducitas an poſſit declarari à procuratore ſpeciale mādatum habente?*

38 *Procurator, vt caducitatem remittat debet habere ſpeciale mandatum.*

39 *Creditor emphiteutæ an poſſit ſoluere, & caducitatem euitare? et num.40.*

Et an terti⁹ poſſit ſoluere? n.41.

42 *Emphiteuta non cadit in cōmiſſum ob non ſolutum laudimium.*

1 CEnteſimus quinquageſimus ſeptimus effect⁹ eſt quia licet emphiteuta non ſoluens canonem tempore debito triennij, vel biennij cadat ab

2 emphiteuſi, ✠ etiam quod dominus promiſiſſet, in contractu emphiteutico eum non ex-

3 pellere, ✠ quia dicta promiſſio intelligitur eo ſoluente, & ſeruante ea, que de natura contractus ſunt. *Intrigl. ſingul. 111. lib.2. poſt Corbul. Iaſon. Salicet. Alberic. Signorol. de Homod. Butr. Menoch. Maſcard. & Hond. quibus addo Ruin. conſ. 110. num.1. conſ. 150 num.1. & conſ. 153. etiam nu.1. lib.1. et cōſ. 57. nu.11. lib.4. Corn. conſ. 165. à num.22. vſque ad nu.28. lib.2. Alex. conſ.6. nu.19. et nu.22. lib. 2. Dec. conſ. 146. n.7. in fine Rot. Bon. deciſ. 37. nu.4. Pirr. Maur. de ſolut. cap.33. à num.41. Bald. in l. 2. lect. 2. C. de Iur. Emphit. Bart. de differēt. inter ius Canon. et Ciuil. nu.101. Gaill. pp. obſeru. obſer. 51 n.7. Coſt. de Rat. quæſt. 11. nu.9. Gizzar. deciſ. 86. nu.5. Baldaſſ. de Angel. in Auth. qui rē C. de Sacroſanct. Eccl. Intrigl. de Cenſib. quæſt. 75. num.3. et 5. Gratian. cap.19. nu.6. Facchin. contr. Iur. lib.3. cap.16. Monac. dec. Flor. 58. nu.5. Bald in Auth. qui rem n.2. C. de Sacr. Sāct. Eccl.*

4 Intellige domino volente *Mangil. poſt multos. de Euict. queſt. 199. n. 31. Hodier. ad Surd. deciſ. 29. nu. 1.*

5 Hinc DD. diſputant ſi ſufficiat declaratoria domini an vero requiratur ſententia, vt videre eſt apud *Machel. patrocin. 23. num. 28 et ſeq. Alex. conſ. 6. n. 14. et ſeq. lib 3. Gozad. conſ. 39. nu. 25 et conſ. 86. nu. 9.*

6 Et ſi mortuo domino poſſit caducitas ab eo non declarata declarari, & diſtinguũt, aut dominus ſciuerit, vel ignorauerit caducitatem, de qua diſtinctione vide *Ruin. conſ. 159. nu. 12. et 13. in primo conſ. 167. nu. 9. eodem conſ. 168. num. 20. eod. vol Riminald. conſ. 429. nu. 66. & ſeq. in 2. Surd. deciſ. 29. nu. 11. & conſ. 9. in fine Menoch. conſ. 861. & præſũpt. 112. lib. 3. Hõd. conſ. 51. lib. 1. Roder. de An. red. lib. 3. q. 7. nu. 67. Rot. Luc. diu. deciſ. 57. Caſtil. dec. 74. n. 16 et 17. et in addit. Imol. in cap. fin. col. 11. de Donat. Rip. in l. fin. col. pen. nu. 238. C. de reuoc. donat. Medic. morſ. omnia ſoluit. p. 2. nu. 102. Rimin. Iun. conſ. 22. lib. 1. Bec. conſ. 9. et conſ 104. nu. 7.*

7 Et ideo emphiteuta tenetur probare ſolutionẽ canonis, *Gl. in l. 2. Verbo repellere C. de Iur. emphiteutic. Monac. deciſ. Florẽt. 58. num 2. poſt dictam Gloſ. Iaſon. Ancar. Corbul. Hõd. & Surd.*

8 ad quam probandam quinque teſtes requiruntur *Salicet. in l. 2. col. 10. C. de Iur. emphit. in l. Teſtium oppoſit. 6. C. de Teſtib. Iaſon. in l. 1. C. de Iur. emphit. in Gloſ. verbo ſcriptura*, licet contrarium dicat, *in dicta l. 2. num. 134. Bald. in l. fin. q. 3. C. arb. tut. Felin. in c. ſicut col. 5. verſ. tertia declaratio in fine de re Iudic. Pirr. Maur. de ſolut. cap. 33.*

9 Amplia primo concluſionẽ etiam quod ſoluat partẽ, quia nihilominus cadit à toto. *Decian. Reſp. 29. num. 8. lib. 3. Pirr. Maur. de ſolut. cap. 33. num. 50. Natt. cõſ. 479. num. 7. & 8. lib. 3. Intrigl ſuper Bull. queſt. 8. n. 6.*

10 ✠ vbi etiam ſi deficiat à ſolutione vnius nummi.

11 Sicut ſi alienat partem cadit à toto, *Pirr. Maur. de ſolut. cap. 33. num. 51. Teſtai Allegat. 26. 1. nu. 87. & Allegat. 26. 2. n. 30. & 31.* & ad materiam vide *Mangil. de euict. quæſt. 126. Caſtill. dec. 41. num. 6. & in addit. Fab. de Ann. cõſ. 83. nu. 32. lib. 2. Ripol. de Iur. emphit. ca. 7. n. 829. Maſtrill. deciſ 199. n. 8. Carroc. de loc. & cond. tit. de Iur. emphit. q. 4. Ioan. Vinc. de Ann. Sing. 170. et ibi Addit. Surd. de alim. tit. 9. quæſt. 25. n. 68. Gratian. cap. 36. nu. 24 et 229. nu. 10. Theſ. quæſt. 59. lib 3. Ceual. com. contr. com. quæſt. 6. Amplia 2.*

12 Amplia 2. vt altero ex hæredibus emphiteutæ non ſoluente tota res cadat in commiſſum. *Intrigl. Singul. 111. n. 2. poſt Corbul. Clar. Auall. Grat.*

Corn.

Corn. Bero. Ruin. Rodoan. et Crot. quibus addo *Maſtrill. deciſ. 199. num. 6. poſt Bart. Iaſon. Gomez. Fab. de Ann. & Nattam & num.* 7. dicit rationem eſſe quia dominus totam rē habet obligatam in ſolidum pro ſuo canone.

13 Et commiſſa caducitate ab vno ex inſolidū obligàtis omnes in commiſſum incidunt, bene *Sp. Teſtai poſt plures Alleg. 26. 1. n. 136.* Vbi quod nō culpabiles agunt contra culpabiles, ſecus quando non eſt conceſſa pluribus in ſolidum.

14 Niſi hæredes diuiſiſſent inter ſe emphiteuſim de voluntate domini, quia tunc ceſſatio vnius alteri non noceret, ita poſt *Afflic. Rodoan Soccin. Iun. et Corbul determinat Intrigl. di-*
15 *cto ſingul. 111. n. 3.* + vbi quod quilibet tertius pro emphiteuta cohærede ſoluere poteſt.

16 Vel niſi canon conſiſteret in facto diuiduo; ita ex eodem *Corbul et Socc. Iun. Intrigl. dicto Singul. 111. nu. 4.*

17 Vel niſi alter ex hæredibus in fraudem aliorum ceſſaret, quia tunc eis non præiudicaret *Intrigl. loco citato poſt Grat. Clar. et Corbul.*

18 Vel niſi de æquitate canonica ſeruanda etiam in terris imperij *Intrig. dicto Singul. 111. contra Corbul. ibi citatum.*

19 Vel niſi partem ſuam non ſoluenti nihil culpæ adſcribi poſſet, *Intrigl. loco ſupra cit.*

20 Vel niſi hæres, qui ceſſaſſet, deceſſiſſet antequam dominus declarauerit locum eſſe caducitati, quia tunc eius ceſſatio alijs non noceret, ita poſt *Corbul. Cuman. Rip. Ruin. Caſſado. Curt. Bero. et Gabr. cōcludit Intrigl. dicto ſingulari 111.*

21 Amplia tertio, vt ceſſatio mariti, cui fuiſſet dotata emphiteuſis, noceat vxori, quamuis ipſe maritus teneretur vxori de dolo vel culpa, ita *Intrigl. dicto Singul.* 111. *ex Corbul. Bald. nouell et ſpecul.*

22 Amplia 4. in pupillo, infante, minore, & furioſo non ſoluentibus, quia caderēt à iure ſuo, licet facile in integrum reſtituantur, *Intrigl. poſt multos dicto Singul.* 111. quibus addo *Bartol. in l. ſi tutoris C. de adminiſtr. tut. vbi etiam fa-licet Gram. deciſ. 52. Corn. conſ. 219. num. 17. et ſeq. in 2. Boer. in Conſuet. Biturg. §. 12. Gl. 2. fol. 21. col. 3.*

23 Amplia 5. in Eccleſia canonem non ſoluente, vt etiam cadat à iure ſuo, ſed debet reſtitui aduerſus omiſſam ſolutionem ad inſtar minoris, *poſt Bald. ſpecul. et Arch. Ruin. conſ. 110. num. 7. lib. 1. et conſ. 156. eodem lib. 1.*

24 Amplia ſexto vt cadat à iure ſuo, ne dum in ſui præiudicium, ſed ſuorum ſucceſſorum *Ruin. conſ. 168. num. 6. 7. in p.*

Hond.

Hond.conſ. 51.*nu.* 37 *lib.*1.*Corbul. d. cauſ. priuat.ob alien. Ampliat.*45.*nu.*25.

25 Etiam contra tertios poſſeſſores poteſt caducitas tentari *Iaſon.in l fin. C.de Iur.emphit. n.* 150. *Burſat conſ.* 91.*nu.*8.*Becc. conſ.*217.*num* 15.*Velaſq.de Iur. Emphit.quaſt.* 18. *nu* 16. *Rip.de Iur.Emphit.Reſp.*2.*ſp.Teſtai Allegat.*26.1.*nu.*6.

26 Niſi emphiteuſis ſit conceſſa pro filijs vti filijs, quia quo ad filios non cadit res in commiſſum per non ſolutionem patris,ſecus ſi pro filijs vt hæredibus *Miſing.cent.* 3. *Obſer.* 60.*Socc.Iun.conſ.*9. *nu.* 14.*in* 3. *Corn.conſ.*237.*num.*17.*in p.conſ.* 281.*num.*4.*in* 3:*conſ.*51.*num.*1. *eodem conſ.*32.*nu.*13. *eod. Rimi-nald.conſ.*426.*num.* 11. *&* 12. *in* 3.*Alex.conſ.*8.*nu.* 9.*in* 3.*conſ.* 119. *num.* 8.*in* 5. *& conſ.* 120. *nu.* 3.*eodem.*

27 Tamen ſi propter graues inimicitias ad locum, in quo canon ſoluendus erat,non acceſſit,excuſatur, ſi non ſoluat *Iacob.de Laurēt.de Iudic.ſuſpect. cap.*13. *num.* 52. vbi dicit procedere non ſolum, quando lo-

28 cus non eſt tutus emphiteutæ; ſed etiā eius procuratori *Corbul.de Iur. Emphit.titul. de cauſ. priuat. ob non ſolutum canonem limit.* 12. vbi ſecus dicit ſi lo-

29 cus eſſet tutus procuratori, ad materiam vide *Ruin.conſ.* 150. *à num.*11.*lib.*1.*& conſ.*157. *nu.* 7. *eodem alias limitationes, vide panes Corbul. vbi ſupra & DD. ſupra citatos.*

30 Fallit tamen hoc quando emphiteuta in inſtrumento renunciaſſet exceptioni doli,cōditioni ſine cauſa, & omni auxilio quo poteſt emphiteuta ſe tueri à non præſtatione canonis, ita ex *Corbul. Iaſon. Alberic. Cepoll. & Socc. Iun. firmat Intrigl. dicto ſingul.* 111.*nu.*11.licet num.12. dicat admicti iſto

31 caſu ad purgationem moræ, etiam quod cum iuramento ſoluere canonem promiſiſſet, & certa die cum pacto expreſſo quod elapſo dicto tempore res ad dominum rediret, & inſtrumentum haberet exequutionem paratam, & in eo renunciaſſet omni legum auxilio,& dominus declaraſſet velle eſſe locum caducitati, Niſi in ſpecie cum iuramento beneficio moræ renunciaſſet, vt aduertit *idem Intrigl. dicto ſingul.*111.*nu.*13.

32 Sed an emphiteuta non poſſidens teneatur ſoluere canones? *Amat.reſolut.*21.*& Reſolut.* 88. *num.* 2. *&* 3. inquit quod regula eſt quod emphiteuta non poſſidens non tenetur ad canonis ſolutionem, Niſi dolo vel culpa ſua deſierit poſſidere, & per totam reſolutionem *Mariu. Reſolut.* 100. *per tot. Abruz. de mod.proc. ſum. p.* 2. *cap.* 2.*à num.* 151. *Cutell.*

orat.

orat. 15. num. 12. & de Donat. tract. 1. diſc. 2. part. 2. num. 55. & 56.

33 An poſſit moram purgare, & euitare commiſſum cum ſolutione canonis? Quod ſic tã in priuato, quã Eccleſiaſtico etiam poſt ſententiam, & conſolidato vtili cum directo dominio vbi ius partis non eſt effectum deterius. *Hodiern. ad Surd. deciſ. 29. num.* 8. & vide *Mut. conſuet. 66. num. 75* vbi
34 quod datur terminus menſis vnius, vel duorum, quo elapſo ſententia exequitur *Ripol. de Iur. Emphit. cap. 7. nu 319. Barbat. de fideic. perſon. p 3. cap. 2. num. 27. & de fruct. diuiſ. cap. 13. nu. 55. Sperell. deciſ. 71. Baldaſſ de Angel. in Auth. qui rem n. 2. C. de Sacr. Sanct. Eccl. Borcolt. de feud. Cap. 3. de emphit. nu. 31. Abruz. de mod proc. ſum p. 2. cap. 1. num. 219. Facchin. Contr Iur. contr. 98. lib. 1. Pirr. Maur. de ſolut. cap. 33. nu. 23. & ſeq. Ball. ſuper Bull. quæſt 8. & ſuper Prag. de conſenſ. præſt. emph. nu. 11. & ſeq. Ricc. p. 6. Coll 2127. Barz. deciſ. 50. Add. ad Ludouis. deciſ. 559 Gratian. cap. 378 num. 21. Magon. dec. luc. 35. Monac. dec. 58. num 7. Dec. conſ. 138. in 1. Gutt. de Iur. confir. p. 3. cap. 17. Gratian. deciſ. 49. Caluac. deciſ. 38. nu. 22. lib. 2. Intrigl. ſingul. 30. lib. 2. Nouar. qq. forenſ. 89. nu. 7. lib. 1. Seuer. Reſol. 12. nu. 5. poſt. quæſt. Nouar. lib. 2. Taſſon. de Anteſat. verſ. 12. col. 2. ſub n. 28. Maſtrill deciſ. 101. nu. 1.*

35 Sicut commiſſum euitat ſi ante declarationem depoſitũ faciat canonis *Capibl. de Baron. cap. 28 n. 20.*

36 An cadat etiam à iure luendi *Coſt. in rubr. de Verb. oblig. nu. 114. Fab. Capic lib. 2. Cõte. contr. 46. à nu. 43. Giurb. deciſ. 91. nu. 18. Ceſſanat. conſ. 10. num. 160. Ricc. in prax p. p de alienat. rer. Eccl. deciſ. 81. nu. 4.*

37 Et an poſſit caducitas à procuratore habente ſpeciale mãdatum declarari? quod ſic *Monac. deciſ. Flor. 58. n. 4.*

38 Sicut etiam ſpeciale mandatum requiritur, vt caducitas à procuratore remittatur? *Caſtill. deciſ. 74. nu. 27. & vide nu. 33. & 34.*

39 Sed an creditor emphiteutæ poſſit ſoluere, & caducitatem euitare? quod ſic determinaui *Singul 74 num. 36. poſt. Amat. Giurb. Intrigl. Ball. Molf. Hodier & Sanfelic.*

40 Sed an re non integra, & poſt emphiteutæ commiſſum (ſi ſua intereſt) poſſit creditor ſoluere pro emphiteuta, & rem emphiteuticam recuperare? ſcripſi remiſſiuè *dicto Singular. 74 n. 35. citãdo Giurb. Sanfelic. Maſtrill. Intrigl. & Anton. N gr. de Laudim. quæſt. 42. to. 1. ſub nu. 15.*

41 Et non ſolum creditor poteſt ſoluere pro emphiteuta,

ſed

Digitized by Google

ſed etiam quilibet tertius, & caducitatem euitare, etiam quod nomine ipſius ſoluentis ſoluat *Marin. cap.* 212. *num.* 3. *& vide ad materiam Anchar. conſ.* 44. *num.* 7. *Rom. conſ.* 103. *num.* 1. *&* 2. *Socc. Iun conſ.* 70. *num.* 2. *in* 1. *Bald. conſ.* 426. *in fin. in* 1. *& conſ.* 448. *in* 3. *Dec. conſ.* 58. *nu.* 3. *Corn. conſ.* 115. *n.* 12. *in p. Nact. conſ.* 198. *n.* 8. *in p.*

42 Et aduerte quod emphiteuta ob non ſolutum laudimium non cadit à iure ſuo, quia nullum eſt præfixum tempus in inueſtitura etiam ſi fuiſſet interpellatus, & recuſaſſet *Surd. deciſ.* 31. *num.* 14. *& deciſ.* 200. *nu.* 8. *& Hodiern. ad eum.*

EFFECTVS CLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Fideles ex præcepto Eccleſiæ tenentur in diebus feſtiuis Miſſam audire. & nu.* 2.

Amplia non obſtante defunctorum morte nu. 3.

Sed an hoc præceptum eſſe in Eccleſia ſit etiam de fide nu. 3. 4.

Et qui Miſſam vel eius partem notabilem non audit mortaliter peccat. nu. 5.

Amplia in cæco, muto, & ſurdo nu. 6.

Amplia vt poſſit à quocunque Sacerdote audire illam num. 7. *& nu.* 8. *de ratione.*

Sed an poſſimus audire Miſſam à Sacerdote excommunicato, concubinario? nu. 9. 10.

Amplia vt quocumque loco Miſſæ Sacrum audiatur adimpleatur præceptum num. 11. *&* 12 *de ratione.*

Limita in eo qui propter inimicos domum exire non valuit ad audiendã Miſſam n. 13. *alias Limitationes vide n.* 14. *remiſſiuè.*

15 *Miſſæ appellatione quid veniat, quare dicatur Miſſa, & quæ nam ſint partes eſſentiales ipſius.*

1 Centeſimus quinquageſimus octauus effectus eſt, quia licet fideles teneantur ex præcepto Eccleſiæ Miſſam in diebus feſtiuis audire *c. Miſſas & c. omnes fideles de Conſecrat. diſt.* 1. *Mut. ſuper Pragm. titul.* 79. *de Var. ordinat. num.* 8.
2 vbi quod in diebus dominicis, & feſtiuitatibus ſollemnibus debet audiri Miſſa integra á principio ad finẽ, ita vt audiẽs non recedat ante benedictionem, per quemlibet Chriſtianum non obſtante defuncto-
3 rum morte, & dari hoc præceptum *Suar. diſp.* 88 *ſect.* 1. dicat eſſe de fide, *& Bonac. de Sacram. Euchariſt. diſput.* 4. *qu. vlt. punct.* 11. *propoſit.* 1. *num.* 6.
4 firmet ✠ quod quamuis ſimpliciter hoc præceptum ſit humanum Eccleſiaſticum, nihilo minus eſt conſentaneum
5 iuri naturæ, & diuino, † & qui Miſ-

Miſſam vel eius partem notabilem diebus feſtis non audit, mortaliter peccat in ſuo genere *Bonac. vbi ſupra propoſit. 2. nu.11.*

6 Amplia etiam in cæco, muto, & ſurdo *vt notat Blaſ. Micchal.de Cæc.mut.& Surd.cap.51.* Et quod cæcus, mutus, & ſurdus, qui interſunt Miſſæ ſacrificio ſatisfaciant pr çepto *Bonac. de Sacram.Euchariſt. diſput. 4. quæſt. vlt.punct. 11.propoſit. 2.nu.19 & 20.*

7 Amplia ſecundo vt Miſſa cuiusvis Sacerdotis non ſolum valide, verum etiam, & licitè audiri poſſit, ſi non adſit ali-
8 qua prohibitio, ✠ ratio eſt quia cum obliget ſimpliciter ad Miſſam, adimpletur præceptum cuiuſcunque Sacerdotis veri audiatur. *ita Bonac. de Sacram. Euchariſt. diſput.4. qu. vlt. punct.12.propoſit.1.num. 1.* Vnde infert quod non poſſu-
9 mus audire Miſſam excommunicati, ſuſpenſi, interdicti & degradati, niſi ſit excommunicatus non vitandus.

10 Sed an à Sacerdote concubinario Miſſam audire poſſimus? quod ſic firmant *Barboſ. in c. vt nullus diſtinct. 32. & Bonac. vbi ſupra.*

11 Amplia tertio, vt quocunque loco Miſſæ ſacrum audiatur, ſiue in propria Parochia, ſiue in Eccleſia Religioſorum, ſiue in Oratorio Societatum, ſiue extra Eccleſiam, adimpleatur præceptum, in quibus de licentia ſuperiorum Miſſæ celebrantur publicè, ratio eſt
12 quia Eccleſia pręcipit Miſſę auditionem, & non præſcribit locum, ergo quocunque loco Miſſa publicè celebrata audiatur, adimpletur præceptum *Bonacin. vbi ſupra propoſit. 3. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. p. 2. Allegat.24. num. 18. & in c. vt Dominicis de Paroch.* ſed aduerte quod in Oratorijs priuatis in Domibus particularium exiſtentibus, non ſatisfit præcepto, niſi ab illis, quibus ex forma conceſſionis dictorum Oratoriorũ permittitur, quod notandum eſt.

13 Tamen immunem eſſe à reatu eum, qui propter inimicos domum exire non valuit ad audiendam Miſſam dicũt *Nauarr. Azor. Barthol. ab Angelo §. 829. Littera D. Verbo Feria nu. 42. Auendan. de Met. lib. 2. cap. 42. num. 6. Tolet. in Summ. lib. 6. cap. 9. ſub num. 1. Iacob. de Graffis deciſ. aur. p. p. lib. 2. cap. 30. ſub num. 2. Eſcouar. Corr. de vtroq. foro Art. 4. de defect. mem. Legislat. nu. 209. Bonacin. de Sacram Euchariſt. diſp. 4. quæſt. vlt. punct. vlt. propoſit. 1. num. 9.*

14 Ex quibus alijs cauſis excuſentur fideles ab audienda Miſſa. *vide Bonac. ſupra punct. vltim.*

15 Quid vero veniat nomine Miſſæ, quare dicatur Miſſa, quænam ſint partes eſſentiales ipſius, & omnia ad materiam concernentia? vide apud *Bonac. de Sacram. Euchariſt. quæſt. vlt. per tot.*

Sed in qua ætate teneatur quis ex præcepto Eccleſiæ Miſſam audire? nonnulli tenent in ætate ſeptem annorum *ita Paludan. in 4. ſent. deciſ. 15. q. 5. art. 1. nu. 2 Paez. in c. Miſſas nu. 62. de conſec. diſt. 1. Syluest. V. Miſſa 2. q. 1. Nauarr. in Summ. c. 21. nu. 1. Azor. Inſt. moralit. 1. lib. 7. c. 2. q. 1. Sanc. in Sum. lib. 1. cap. 12. n. 6. & alii penes Narb. de ætate ad omn. hum. act. anno 7. q. 5. num. 1.*

Alij verò vt *Iacob. Marcant. in candel. Sacram. qq. Paſtorali. tract. 4. cap 6. q. 2.* inquit quod licet a ſeptẽnio, & antea oporteat pueros ad Miſſam audiẽdam aſſuefacere nõ tamẽ ſub peccato mortali illam audire ſtatim poſt dictam ætatem ipſi tenebuntur.

Tertij verò affirmant pueros teneri præcepto audiendi Miſſam dum perfecte incipiũt vti ratione ſufficienti ad peccatũ mortale, quod intelligẽdum eſt vt ſub mortali teneãtur itá vt debeant, & obligentur vi præcepti ad Miſſam ſub veniali ſufficiet, quod imperfectum vſum rationis habeant tãtum ad veniale 1. quod ſint iam ſeptenarij *ita Narb. d. q. 5. nu. 7. poſt Coninch. Suar. præpoſit. Fagũdes Mercer. & Dian.*

EFFECTVS CLIX.

SVMMARIVM.

1 *Fideles poſtquam ad annos diſcretionis peruenerint obligantur ad communionem ſumendam à proprio Sacerdote, vel de eius licentia ſemel in anno in Paſchate & n 3. 4. 5. & 6. & 7.*

2 *Paſchatis nomine quid veniat.*

8 *Confeſſio facienda eſt ſemel in anno proprio Sacerdoti Fallit ſi proprius Parochus ſit odioſus confitere debenti, vel Sanctiſſimam Euchariſtiam ſumere debenti à num. 9. vſque ad num. 22. de ratione.*

12 *Iudex odioſus vel inimicus poteſt vt ſuſpectus recuſari.*

15 *Diſpoſitio quelibet legitima cauſa exiſtente reſtringitur.*

18 *Vſus in naturam facilè conuertitur.*

19 *Licentia peti non debet quando petita obtenta non fuiſſet.*

20 *Lex abhorret ſuperfluitatem.*

22 *Præceptum annuæ confeſsionis an adimpleatur per confeſsionem inualidam?*

Præceptum annuæ communionis an adimpleatur per indignam communionem? ſub nu. 22. & n. 23. de ratione.

24 *Fideles qui ſunt qui ad confeſſionem tenentur. quo iure quo tempore*

pore quibus cauſis excuſentur à confeſſione, & cui ſit facienda cōfeſſio remiſſiue.

25 *Fidelis an poſſit alteri confiteri quam proprio Parocho & nu. 26.*

CEnteſimus quinquageſimus nonus effectus eſt, quia & ſi ex diſpoſitione *c. omnis de pænit. & remiſſ. & ex Trident. ſeſſ.* 13. *cap.* 9. omnes fi-
1 deles poſt quam ad annos diſcretionis peruenerint, obligentur ad communionem ſumendam à proprio Sacerdote, ſaltem ſemel in anno in Paſchate, vt notant *Bonac. de Sacram. Euchariſt. diſput. 4. qu. 7. punct. 2. propoſit. 2 num. 5.* vbi
2 explicat quid intelligatur nomine Paſchatis & *nu.* 7. infert hoc præceptum non impleri,
3 niſi Euchariſtia ſumatur in propria Parrochia de manu proprij Paſtoris, aut alterius Sacerdotis de licentia Paſtoris,
4 rationem eſſe dicit tum quia ab Eccleſia præſcribitur vt fideles ſaltem ſemel in anno communionem ſumant a pro-
5 prio Sacerdote, ✠ tum quia adminiſtratio Sacramētorum per ſe loquendo pertinet ad Paſtores, cum ad munus proprij Paſtoris ſpectet paſcere gregem, quod præcipue fit
6 Sacramentis; vnde infert quod qui communicauit in Paſchate extra propriam Parrochiam abſque conſenſu ſui Paſtoris, non dicitur ſatisfeciſſe præcepto Eccleſiaſtico *ex Nauar. Suar. Henr. Azor. & Reginald.*

7 Amplia etiam ſi communicauerit in Eccleſijs religioſorum habentium facultatem adminiſtrandi Euchariſtiam, quia præcepto ſatisfeciſſe non dicitur. *vt notat Bonac. loco ſupra citato. & vide Narb. de ætat. ad omn. act. human. requiſ. anno vndecimo quæſ. vnica per tot. & maximè nu.* 3. vbi quod maſculi circa decimum vel vndecimū annū, & fæmina circa nonū aut decimū annum ſi cōpotes rationis fuerint ex præcepto Eccleſiæ obligantur ad Communionem, & nu. 10. inquit debere pueris in periculo mortis concedi Euchariſtiam etiā ſi ipſis ſanis propter defectū ætatis nō cōcederetur, dūmodo poſſint tollerabiliter digneq. recipere ideſt cū aliquali deuotione, & cognitione tanti Sacramenti.

8 Idem de Confeſſione dicēdum eſt ſtante *c. omnis* diſpoſitione vt proprio Sacerdoti ſit facienda, aut alteri de licentia Sacerdotis, notat *Bonac. de pænit. Sacram. diſp. 5. quæſt. 5. ſect. 2. punct 4. propoſit. 3. nu. 12. & propoſit. 4. ſub nu. 35. Narbo. de ætat. ad omnes human. act. requiſita anno 7. q. 7.* vbi etiam examinat in qua ætate quis dicatur habere vſū rationis vt præcepto cōfeſſionis adſtringatur.

9 Tamen ſupradicta non habent locum ſi proprius Parochus ſit odioſus, vel inimicus ei, qui confiteri, & Communionem recipere debet, vt notat *Philipp. Port. conſ.* 110. *à nu.* 14. vbi inquit ſecũdo quod in generali Conſilio cautum ſit, quem proprio Sacerdoti ſingulis annis peccata ſua confiteri oportere *c. omnis de pænit. & remiſſ. in principio* §. *ſi quis* ſubiicitur tamen caſus, in quo

10 regula illius textus inflectitur, puta ex aliqua cauſa *Gl. ibi in Verbo proprio. & Butr. & Abb.*

11 *num.* 11. *verſ.* idem ſi ſubeſt alia legitima cauſa puta odiũ inter confiteri debentem, & Sacerdotem ipſum: ſane exceptio hæc maxima ratione nititur, vt quemadmodum in

12 temporalibus iudicijs legislator requirit iudicum animos omni affectu, & odij ſuſpicione carere debere, alias recuſationis cenſura ſubiici *c. inſinuante, & c. ſuſpicionis de offit. deleg. & c. poſtremo de appellat, vbi Franc. Peruſ. num.* 20. quadraginta caſus huiuſmodi enumerat, multo fortius id cenſeri

13 debet in hoc ipſo veritatis, & conſcientiæ iudicio, cum in eo de irreparabili præiudicio agatur, nempe de animarum ipſarum ſalute *c. præcipimus* 12. *q.* 1. *& c. cum contingat de Iur. Iurand. ibi* dummodo non vrgeat in diſpendium *& c. quam*-*uis pactum de pact. in* 6. qua propter cum de cauſis odij conſtet. ex plurib' atteſtationibus in proceſſu receptis, quodque cauſa huiuſmodi ex perſona ſtãcarij plebani proficiſcatur, atque ante illius cõtentioſam, & malignam naturam, potius ſequitur diſpoſitionem c. om-

14 nis, ex hac ipſa cauſa reſtringi debere, vt rite docuit *Abb. quẽ ſupra allegaui* nam cum ſub eſt legitima cauſa cuiuſcun-

15 que conceptionis diſpoſitio, lex, & conſtitutio reſtringi ſolet *l. vt facta* §. *nonnunquam de pæn. & l. ſi hominem ff. mandat. vbi Bart. aduertit, & Alciat. rub. de offic. eius nu.* 4. *verſ. cum ſingulari tamen & Abb. c. dilecti vltimo de appellat. nu.* 11. *Innoc. Butr. Abb. & Felin. in c.* 1. *de Conſt. vbi Dec. in* 2. *lect. nu.* 20. & plura congerit *Alciat. lib.* 2. *de verb. ſignific. Tertio*, & hac quoque ratione diſpoſitionem c. omnis in præſenti caſu locum non habere ſubiicio, atq; declaro quod Plebanus ipſe huius odij, & rixæ inter eum,

16 & fratres non ſolum particeps, verum etiam auctor eſt, vt in proceſſu probatum fuit, Vnde ſequitur huiuſmodi ratione Rolandinos fratres à cenſura ipſius c. omnis canonis interna ratione inſpecta liberatos fuiſſe, *vt Gloſ. Hoſt. Butr. & Abb. aduertunt in dicto c. omnis:* Et ſi diceretur alieno Sacer-

doti

doti confeſſionem faciendam
17 eſſe de licentia proprij Sacerdotis, dicto §. ſi quis. Reſpondeo hoc caſu ſubſiſtente odii ratione culpa plebani proficiſcente, vt in proceſſu euidenter conſtat, cum veriſimiliter potuerint credere Rolandini fratres inſpecta naturali cõſuetudine huiuſmodi Plebani cõ-
18 tentioſa, & difficili, vt teſtes omnes deponunt, vſus enim in naturam facile conuertitur *l. naturalem §. apium quoque. ff. de acq. rer. domin. §. pauonum quoque Inſt. de rer. diuiſ. c. ad noſtrã de emptio. & vendit. ibi* & maximè ab eo qui ſolitus eſt, *& Cepol. in tract. de ſimul contr. præ-*
19 *ſumpt.* 19. ſequitur hoc caſu licentiam non fuiſſe petẽdam, quæ petita euidenter obtenta non fuiſſet, & lex ſuperfluitatẽ abhorret *l. quoties ff. qui Sa-*
20 *tiſd. cog. & Angel. in l. ædem C. locati Abbas, & Dec. in c. Paſtoralis nu. 1. de appellat.* hæc ille.

21 Quo vero ad communionem ſumendam eſt alia ratio, ne ipſe in ſuſceptionẽ Sacramenti contriſtetur, & peccet.

22 Sed an hoc præceptum annuæ confeſſionis adimpleatur per confeſſionem inualidam? & an præceptum annuæ Communionis adimpleatur per indignam Communionem? *Pellicion. Ill. qq. cap. 4. quæſt. 20. de validit. actus* inquit quod non adimpletur per confeſſionem inualidam, quia inualida confeſſio non dicitur confeſſio, ſed confuſio, ſed per Communionem indignam adimpletur, quia qui indigne ſe Commu-
23 nicat, vere recipit Corpus Chriſti, & vide *Bonac. de Sacram. Euchariſt. diſput. 4. quæſt. 7. punct. 2. nu. 12. & de Sacram. pænit. diſput. 5. q. 5. ſect. 2. punct. 4. propoſit. 3. num. 28.* pænes quem alias quæſtiones ad materiam ſpectantes.

24 Qui verò teneantur ad confeſſionem, quo iure, quo tempore cui ſit facienda confeſſio, quibus de cauſis fideles excuſentur à confeſſione? videndus *Bonac. de pænit. Sacram. diſp. 5. quæſt. 5. ſect. 2. punct. 4. & punct. vlt. propoſit. vnic.*

25 Et aduerte quod fideles de iure communi præciſis priuilegijs tenentur ſuis Parochis confiteri, non vero poſitis priuilegijs vnde *c. omnis* intelligendus eſt de proprio Parocho præciſis priuilegijs, quibus gaudent Sacerdotes approbati ad confeſſiones audiẽdas, & confitendo his Sacerdotibus dicuntur confiteri de licentia ſui Prælati, bene *Bonacin. de pænit. Sacrament. diſput 5. quæſt. 5. ſect. 2. punct.*
26 *4. propoſit.* 4. Vnde dicit non eſſe denegandam in Paſchate Euchariſtiam illi, qui ſe dicit cõfeſſum approbato Sacerdoti modo ſit fide dignus.

EF-

Digitized by Google

EFFECTVS CLX.

SVMMARIVM.

1 *Pacta, & conuentiones vti leges ſunt ſeruandæ, & plus operantur quam ſtatutum nu. 2.*

Imo plus ligant quam leges num. 3.

Dant legem contractibus n. 4.

Sunt partes contractus nu. 5.

Imo vnũ corpus conſtituunt cum contractu nu. 6.

7 *Facta contra pactum ſunt ipſo iure nulla.*

8 *Pacta ſeruare multum congruit humanæ fidei maxime ſtāte iuramento.*

9 *Pactorum ius tranſit ad hæredes actiue, & paſſiue.*

10 *Capitaneus poteſt exonerare nauim in alio loco quam in conuento, & deſtinato timore inimicorum, & piratarum.*

11 *Pacta, & conuentiones intelliguntur rebus ſic ſtantibus*

12 *Ea quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio.*

1 Centeſimus ſexageſimus effectus eſt quia & ſi verum ſit quod pacta, & conuẽtiones vti leges ſint ſeruandæ *l. Iuris gentium § prætor ait ff. de pact. l. fin. §. final. C. de Iur. emphiteut. Hodiern. ad deciſion. Surd. 1. num 23. Molfeſ. conſ. 8. num. 25 Cutell. Orat. 5. Milanſ. deciſ. 11. num.* 80. & 81.
p. 2. Gait. de Credit. cap. 4. quæſt. 11. nu. 1381. Amat. Re-
2 *ſol. 48. num. 8.* vbi etiam quod
plus operatur quam ſtatutum *Giurb. deciſ. 111. nu. 12. Caſt. ſicul. conſ. 14. num 52. & conſ. 19. num. 65. Intrigl. ſingul. 64. nu. 452. lib. 3.*

3 Imo plus ligant quam leges *Coſt. ſicul. conſ. 43. num. 7. Giurb. loco citato nu. 14.*

4 Pacta namque, & conuentiones dant legem contractibus *Addit. ad Intrigl. ſingul. 38. nu. 16. lib. 3. & Gait vbi ſupra.*

5 Et ſunt partes contractus *l. fundi partem ff. de contrah. empt. l. ſi ſterilis §. ſibi ff. de contrah. emp. Surd. deciſ. 82. num. 7. & 155. nu. 10. Becc. conſ. 45. nu. 31. 32.*

6 Et vnum corpus conſtituũt cum contractu *Molf. conſ. 14.*

7 Et facta contra pacta ſunt ipſo iure nulla *Cutell. dicta orat. 5. nu. 17. 18.*

8 Et pacta ſeruare multũ congruit humanæ fidei maximè ſtante iuramento *Coſt. ſicul cõſ. 62. nu. 28. 29.* & nulla maior eſt iuſtitia quam pacta ſeruare *Amat. Reſol. 48. nu 8.*

9 Et eorum ius tranſit ad hæredes actiue, & paſſiue *Cutell. orat. 12. nu 79*

10 Tamen capitaneus poteſt exonerare nauim in alio loco, quam in conuento, & deſtinato propter timorem inimicorũ & piratarum, vt *in libro conſu-*

latus maris cap. 79. & cap. 188. Verſ. ancora più Ioan. de Euia in Labor. Commer. Naual. lib. 3. cap. 11. nu. 8. quem citat Doctiſſimus Franciſcus Rocc. Reſponſ. 30. nu. 1. tom. 1.

11 Ratio eſt quia propter cauſam ſuperuenientem receditur à pactis & conuentionibus, *l. tale pactum §. final. de pact. l. ſi cũ cornelius de ſolut. l. qui ſeruum de verb. obligat. Anchar. conſ. 87. incipit. prima facie, Marſil. in l. in criminibus §. ſi quis vl-*
12 *tro n. 21. ff. de quæſt.* ✝ Ea enim quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio *l. de ætate §. ex cauſa vbi Bart. de Interrogat. act. l. plane vt in poſſ. legat. l. 1. in princ. ff. de ventr. inſpic. c. paſtoralis de excep. c. cæterum de Iuram. calum. Taſſon. de Antefat. Verſ. 3. Obſeru. 3. ſub num. 30. Hercul. de non offend. cap. 51 num. 21. Barber ſuper ſtat. agricul. cap. 18. littera A. Beliuis in pract. tit. de queſtio ſub nu. 61. Petrol. Rit. 144. Grauett. conſ. 264. num. 5. Marſil. vbi ſupra num 20.* vbi ex hac regula plura ſcita digna colligit.

EFFECTVS CLXI.

SVMMARIVM.

1 *Statutũ de vectigalibus ſoluendis ligat etiam exteros nec eis eſt denunciandum nu. 2. & nu. 3 de ratione.*

4 *Scire, & ſcire debere paria ſunt.*

5 *Gabellæ ſunt ſoluendæ in loco ad quem res vadunt, & a domino mercium, & rerum nu 6.*

7 *Nauis ſi ex timore hoſtium vel piratarum vel ex tempeſtate portui ſe applicat non tenetur ſoluere veſtigal nec fiſco ius applicatur.*

8 *Immunis à ſolutione vectigalium tenetur bona denunciare gabelloto.*

9 *Gabellotus poteſt compellere viatorem vt demonſtret, & aperiat arcas.*

1 Centeſimus ſexageſimus primus effectus eſt nam & ſi verum ſit quod ſtatutum de vectigalibus ſoluendis liget
2 etiam exteros; ✝ nec illis eſt denunciandum, qui habent ſoluere veſtigal. quoniã vectigal cõſonum eſt iuri communi antiquo. *Andr. in conſtitut. Regni homines titul. de intrantibus Regn. & l. fin. §. licet ff. de publican. & vectigal.* vt ſunt iura dohanæ in omnibus mer-
3 cibus; ✝ quia ignorare eſſet culpa, cum ordinatio hæc ſit inſerta in legibus communibus,
4 & vbique locorum ſoluitur, ✝ & ſcire, & ſcire debere paria ſunt *l. quod te ff. ſi cert. peta. Bonier. conſ. 6. num. 4. inter conſil. ſicul. Beliuis in pract. titul. de iniurijs verba falſarium num. 19. et titul. de furt. num. 12. Mangil.*

de

*de euict.quæſt.*183.*num.*21. *Berart.in ſpecul.Viſit.cap.*16.*num.* 93.*& ſeq.Sp.Teſtai Alleg.*2.*nu.* 22.*Caſtill.deciſ.*250.*n.*89. *Rot. Lucc. diuerſ. deciſ.*74. *Scripſi in additione ad iuſtificat.Corſett. num.*14.

5 Et ſic ſoluendum vectigal in loco, ad quem res vadunt, *Bald.conſ.*172. *poſt.nu.*3. *lib.*1. *& conſ.*253. *vol.* 4. *bene Montan. de Regal. folio mihi* 68. *nu.* 7. *&* 8.

6 Et ſit ſoluendum à domino mercium, & rerum, vt poſt; *Bartol.Bald.Bertach. & ſtrac. firmat.Surd conſ.*239.*nu.*1.

7 Tamen ſi nauis ex timore hoſtium, vel piratarum, vel ex tempeſtate portui ſe applicat non tenetur ſoluere vectigalia nec fiſco ius applicatur. *Franc. Rocc.Reſp.*32.*nu.*8. *& Reſp.*37. *nu.*2.*&* 3.*tom.*1.*Tuſc.littera G. concluſ.*3.*num.*2. *Surd.cõſ.*239. *num.*10.*&* 272.*num.*16. *& deciſ.* 305. *num.*32. *Marſil.in l.in criminibus* §.*preterea nu.* 32. *de quæſt.Molfeſ.cõſ.*17.*num.*14.*&* 23.*Ferdin.Loaz.in l.filius familias* §.*dixi nu.*87.*de leg.*1.*R.Maia meus cariſſimus conſult.*14. *num.*7. *&* 8.

8 Et aduerte quod licet aliquis ſit immunis à ſolutione vectigalium nihilominus tenetur bona denunciare, *Surd. cõſ.*313.*num.*92. *Nicol.Los. de Iur.vn.p.*4.*cap.*1.*nu.*90.*Neuar. ſuper prag.in paru.impreſſ. Coll.* 220 *nu.*4. *Marin. Reſol.*31.*nu.* 9.*Horat.Barbat.de diuis.Fruc. p.p.cap.*8.*nu.*24.*Gratian.cap.*17. *nu.*8. *&* 9.*Brun. à ſol. propoſit. iur.verbo gabellã licet quis Roland.conſ.*29.*num.*90.*et ſeq. in* 3.*Ferrett.de Gabell.nu.*209. *Cefal.conſ.*451.*nu.*260 *in* 4.

9 Et ideo gabellotus poteſt cõpellere viatorem, vt demonſtret, & aperiat arcas *Gutter.in l. nemo poteſt nu.*409.

EFFECTVS CLXII.

SVMMARIVM.

1 *Vtens via inſolita, et rectam non ſeruans præſumitur, quod voluerit extra territorium deferre merces contra ſtatutũ vel quod voluerit fraudare gabellam et nu* 2.

*Et an incurrat in pœnam ſtatuti prohibentis extractionem, vel fraudare gabellam, an vero ſit expectandus extractionis actus, vt puniatur? nu.*3. *et* 4.

Fallit quando via recta eſt ab hoſtibus occupata nu. 5.

Centeſimus ſexageſim⁹ ſecundus effectus eſt, quia licet contra eum, qui viam rectam non ſeruat, & in ſolita vtitur, ſit præſumptio quod voluerit extra territorium deferre merces contra ſtatutum, vt poſt multos quaſi infinitos cõcludit. *Giurb.conſ.*16. *num.*16. 1

vel

2 vel quod voluerit ſraudare gabellam, vt optime notat *Capiblanc. Singul.* 16. adeo vt DD. diſputent an iſte talis incurrat
3 in pœnam ſtatuti prohibentis extractionem, vel fraudare gabellam, & quod ſic firmat, *Capiblanc.Singul.*60. circa quam quæſtionem videndus omnino *Giurb. dicto conſ.*16.*à num.* 19.
4 vbi diſputat, an ſit expectandus extractionis actus, vt in commiſſum incidat, an vero ſufficiat quod nixus fuerit extrahere?

5 Tamen ceſſat præſumptio fraudis quando via recta eſt ab hoſtibus occupata bene, *Capiblanc.ſingular.*70. *R. Maia Conſult.* 14.*num.*9. *Giurb.dicto. conſ.*16.*ſub nu.*33.*poſt Alberic. Cepoll. Bertach. Farinac. Polidor. Rip. Coller. Rand. Mex. Maſcard. & Petr. Vbal.* vbi dicit rationem eſſe, quia tunc malitiæ ratio ceſſat *ex l.cum proponas de Nautic.Fœnor.*

EFFECTVS CLXIII.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtata dicitur qui habitũ ſua Religionis vbi profeſſus eſt dimittit, vel qui in Sacris conſtitutus habitum Clericalem non defert.n.*2.

Amplia vt etiam qui habitum coopertum defert vt nõ poſſit diſcerni, & cognoſci Religioſus dicatur etiam apoſtata n. 3.

*Amplia ſecundo vt regularis, qui cum habitu vagatur dicatur apoſtata nu.*4.

*Amplia tertio, vt qui efficitur Clericus ſæcularis ſine licentia Summi Pontificis dicatur apoſtata nu.*5.

*Amplia vt etiam dicatur apoſtata ſi ad aliud Monaſterium eiuſdem ordinis laxlus ingrediatur nu.*6. *contrarium ſub num.*6.

*Quid ſi ingreditur Religionẽ arctiorem, & ſtrictiorem? nu.*7.

8 *Monachus, vel Clericus tranſiens per loca inimicorum dimiſſo habitu non dicitur apoſtata.*

9 *Apoſtaſia eſt delictum mixti fori.*

10 *Apoſtata non eſt membrum religionis à qua apoſtatatur nec religioni acquirit, ſed Cameræ Apoſtolicæ.*

11 *Apoſtata non habet ius dicendi de nullitate profeſſionis.*

12 *Crimen apoſtaſiæ poteſt poſt mortẽ accuſari vſque ad quinquennium.*

13 *Crimen apoſtaſię eſt publicũ, & quilibet admittitur ad accuſandum.*

14 *Apoſtata gaudet Immunitate Eccleſiaſtica in alijs Eccleſijs pręter Eccleſias eiuſdem religionis à qua apoſtatauit.*

*Clericus apoſtata vt priuilegium clericale amittat quę requirantur.ſub nu.*14.

Verbum intimare idem im-

D por-

portat quod notificare ſub n. 14.

15 *Filius an poſſit exhæredari ex alijs cauſis non expreſſis in §. aliud quoque.*

16 *Citatio an poſſit fieri in Eccl.*

1 CEnteſimus ſexageſim⁹ tertius effectus eſt nam, & ſi verum ſit illum dici apoſtatam, qui habitum ſuæ religionis, vbi profeſſus eſt, dimiĉtit,

2 ✠ vel qui in ſacris conſtitutus habitum clericalem non defer᾿ *c. 1. vbi Innoc. & Canonis. de Apoſt. et poſt Alberic. Alfonſ. Aluar. Aufrer Henric. Boic. Caſſan. Port. Menocb. Decian. & alios firmat Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. num. 1040. Camill. Borell. de Reg. Catholic. præſt. cap. 71. ſub nu. 101. cum plur. ſeq.*

3 Amplia primo, vt nõ ſolum religioſus habitum dimiĉtens dicatur apoſtata, ſed etiam ſi habitum deferat, ſed coopertum, ita vt non poſſit diſcerni, & cognoſci religioſus *cap. 2. ne Cleric. vel Monac. in 6. Gloſſ. in c. fin. de Vit. et boneſt. Cleric. Abb. in c. tua de Apoſt. & poſt Gl. Antbar. Imol. Vital. Ioan. Andr. Anan. Decian. Menocb. & alios Graſſ. vbi ſupra nu. 1048.*

4 Amplia vt dicatur apoſtata regularis, qui cum habitu vagatur extra clauſtra, nec habet animum redeundi, *Graſſ. loco cit. nu. 1049. poſt Sylueſtr. Calder. Nauar. Menocb. et alios.*

5 Amplia 3. vt regularis dicatur apoſtata, qui dimiſſo habitu ſuę religionis clericus ſecularis ſine licentia Sũmi Põtificis efficitur, *Abb. in cap. fin. num. 1. de Apoſt. vbi Socc. nu. 2. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 73. num. 25. Menocb. de Arbitr. caſ. 346. num. 36. & poſt hos Graſſ. vbi ſupra nu. 1052.*

6 Amplia 4. vt etiam dicatur apoſtata regularis profeſſus, qui habitu retento deſerit proprium monaſteriũ, & ad aliud eiuſdem ordinis laxius, & minus arctum ingreditur, circa quam ampliationem vide omnino eumdem, *Graſſ. loco ſuper. cit. n. 1053. et 1054.* & vide *Camill. Borell. dict. c. 71. n. 106.*

7 Amplia vltimo vt etiam dicatur apoſtata regularis profeſſus, qui egreditur à religione, in qua profeſſionem fecit, & ingreditur aliam etiã arĉtiorem, & ſtriĉtiorem ſine licẽtia ſui prælati *Gaet. in ſumm. verbo excõmun. Menocb. dict. caſ. 346. nu. 38. Graſſ. dict. eff. 1. nu. 1055.* vbi dicit quod ſi aliam religionem etiam laxiorẽ ingrediatur nõ dicitur apoſtata etiã ſi nullam licentiã ſui Superioris habuerit, aut petierit, vnde dicit quod qui ex leuitate habitum dimiſit, nec ad ſęculum ſe totaliter cõuertit, & animũ religionis nõ omiſit, apoſtata minime cẽſẽdus eſt, & quod apoſtata ſi redierit recipiendus eſt ſi illius religionis regula id permiĉtat,

Ta-

8 Tamen ſi Monachus vel Clericus tráſiens per loca inimicorum, in quibus ſi cognoſceretur Religioſus, periculum vitæ pateretur, dimictat habitum, non dicitur apoſtata, ita poſt *Gl. Hoſt. Bellamer. Abbat. Port. Socc. Menoch. & alios firmat Graff. de effect. Cleric. effect. 1. num* 1064. *Ricciul. de perſon. extr. Ecc. grem. exiſt lib.* 8. *cap.* 2. *nu.* 12. *Farinac. de Hæreſ. quæſt.* 183. §. 2. *nu.* 92.

9 Et aduerte primo quod apoſtaſia eſt delictum mixti fori *Surd. co* -o. *nu.* 18. *lib.* 4.

10 Adu. ſecũdo quod apoſtata non membrum Religionis, à qua apoſtatatur, nec Religioni acquirit, ſed Cameræ Apoſtolicæ *Molfeſ. ſuper conſuet. Neapol. p.* 4. *de ſucceſſ. quæſt.* 65. *nu.* 48.

11 Aduerte tertio, quod apoſtata non habet ius dicendi de nullitate profeſſionis *Baldaſſ. de Angel. in l. ſi quis la.* 1. *C. de Apoſtat. & vide tom.* 3. *de Citat. in Annot. ad ſingul.* 9 *nu.* 40.

12 Aduerto quarto, quod crimẽ apoſtaſiæ poteſt poſt mortem accuſari vſque ad quinquennium *Baldaſſ. de Angel. in dicta l. ſi quis C. de Apoſtat.*

13 Aduerte quinto, quod crimen apoſtaſiæ eſt publicum, & ideo quilibet admictitur ad accuſandum *Baldaſſ. de Angel. in l. apoſtatarum C. de Apoſt.*

14 Aduerte ſexto, quod apoſtata gaudet Immunitate Eccleſiaſtica in alijs Eccleſijs præter Eccleſias, & Monaſteria eiuſdem Religionis, à qua apoſtatauit *Dian. de Immunit. Eccl. Reſol.* 23.

Aduerte ſeptimo cum *Camill. Borell. de Reg. Catholic. præſt. dicto. capit.* 71. *ſub num.* 102. quod Clericus apoſtata tunc priuilegium Clericale amictit ſi à ſuo Superiore tertio monitus, vt habitum & tonſuram deferat id non fecerit, & quod Clericus in minoribus conſtitutus ſi habitũ deſerat non dicitur apoſtata nec mortale peccatum commictit, niſi beneficium Eccleſiaſticum haberet, vt ipſe *Borell.* notat *nu.* 103. & *nu.* 104. & iam quod incidit ſermo de Camillo Borello licitum ſit mihi animaduertere quod dictus *Camillus in libro ſupra citato cap.* 8. *nu.* 23. quem ex inaduertentia non citaui *in præt. poſt addit. ad conſil. Sicul. ſuper priuileg. Vrb. Pan. num.* 35. & *ſeq.* Verbum illud intimaris, de quo *in l. fin. C. de aq. duct. lib.* 11. interpræiatur ideſt notificaris, & non citaris, inquit enim. Secundo declarandum, dum tamen non fiat alteri præiudicium ita quod notificetur conceſsio, & extractio aquarum illis, quorum intereſt vt in dicta *l. fin. C. de aq. duct. ibi & alijs quorum intereſt intimatis vel intimandis* hęc

ille. Vnde non video quare dixit *D. Hippolytus Maia ex eodem Borelio loco citato*, verbum illud, intimatis, idem importare quod citatis, dum *Borell.* contrarium dicit.

15 Et aduerte quod idē *D Hippolyt. in addit. ad ſuam conſult.* 17. *à nu.* 14. contra DD. à me citatos *de Citat. tom. 3. in Annot. ad quaeſt.* 23. *num.* 30. affirmantes filium non tantū poſſe exhæredari ex cauſis expreſſis *in §. aliud quoque capitulum Auth. vt cum. de App. cog.* ſed ex alijs ſimilibus, vel maioribus, & maximè *Caren. Riminald. Facchin. & Schrad.* quibus addo *Prat. ad Paſch. de patr. pot. p.* 2. *cap.* 5. *fol.* 351. *in verſ. ad num.* 23. *Turrett. de effect. Clauſ. Codicill. quaeſt.* 24. *nu.* 4. *Ricc. in prax. for. Eccl. p.* 4. *in prax. Clauſ. Mon Reſolut.* 193. *nu.* 10. *Mandoſ. de Minor. ætat. cap.* 62. *Ingrat.* 117. firmauit ſupradictā opinionem eſſe contra textum *in dicto §. aliud quoque* aientem *Vt præter ipſas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis cauſas opponere niſi quæ in huius conſtitutionis ſerie continentur*, ac proinde inquit ſupra dictas cauſas etiā ex vi compræhenſiua non extendendas, ſed ego audacter dico quod conſiderato textu, & DD. à me citatis, opinio ipſius non eſt admittenda, textus enim *in dicto §. aliud quoque* non excludit ſimiles cauſas, & maiores, quia abſurdum eſſet, & longe à iure alienum ſi cauſa ingratitudinis maior committatur, vel ſimilis eis, quæ in dicto §. enumeratæ sūt, eaque non eodem iure cenſeretur quo cauſæ in dicto §. expreſſæ, dum *in l. non poſſunt de ll.* à me citata *in allegatione pro Scipione de Blaſio nu* 10. *impreſſa anno* 1644. *& ſecundo loco anno* 1650. *poſt ſecundum volumen de Citat.* ab eo citata *in Addit. ad primam conſult. ſub n.* 2. vbi, inquit, ſe in omni materia conſueuiſſe allegare prædictū textum, mire loquentem, dicitur *non poſſunt omnes articuli ſingulatim, aut legibus, aut Senatus conſultis comprehendi, ſed cum in aliquo caſu ſententia eorū manifeſta eſt is, qui iurisdictioni præſt ad ſimilia procedere, atque ita ius dicere debeat* ſed eas tantum cauſas excludit *dictus §. aliud quoque*, quæ alijs legibus conſtituuntur, ſi non fuerint in ea conſtitutione expreſſæ, ſic enim ait textus, *vt præter ipſas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis cauſas opponere, niſi quæ in huius conſtitutionis ſerie continentur*, vt bene aduertit doctiſſimus, & numquam ſatis laudatus *Facchin. verus ſcrutator legum contr. Iur. lib.* 6. *cap.* 78.

16 Et quia de meo tractatu de citatione eſt ſermo licitum ſit me defendere aduerſus ſcripta contra me *à R. D. Ambroſio*

Maia

Maia in ſuis Moralibus litt. C. verbo citatio, qui ore proprio mihi dixit ibi firmare citationem verbalem in Eccleſia fieri non poſſe, cum tamen contrarium ſit de iure verius, & communiter receptum, vt per *tex. in l. præſenti §. ſedet ſi quidem C. de his qui ad Eccl. confug. firmat Gl. ibi verbo ſeruata, & ibi etiam Guliel. Bart. & alij idem Bart. Bald. & Alex. in l. plerique ff. de in ius voc.* hanc opinionem eſſe communem teſtatur *Tiraq. de Retr. Lignag. num. 82. in fine verſ. & hæc eſt communis opinio*, & quod id ſit verius de iure affirmat *Aſin. in prax. capit. 1. num. 6. verſ. attamen contrarium verius eſt*, idem ſentiunt *Sperell. Velaſ. Marin. Caluol. Petr. Pecch. Farinacc. Sanfelic. Damhoud. Angel. Scial. Ant. Taſſar. Barboſa Parlador. Cald. Pereir. & Put. à me citati tom. 1. de Citat. quæſt. 42. num. 27. & tom. 2. in addit. ad dictam quæſt. 42. num. 12.* & nouisſime *Paul. Rub. Reſol. pp. cap. 3. num. 226. me citato*, vbi dicit verius tamen eſt, quod actus citationis poteſt in Eccleſia valide expediri, *& num. 228.* inquit nec proſternitur prædicta cõcluſio ex eo quod citatio videatur eſſe actus iudicialis, & pertineat ad contẽtioſam iuriſdictionem quodq; non poteſt exerceri in Eccleſia, nam licet verum ſit (ſubdit) quod citatio eſt de proceſſu, eatenus tamen eſt de proceſſu quatenus concernit reum vel iudicem, ſed quatenus concernit nunciũ eſt quædam nuda executio facti, vnde proprie ille actus nuncij non eſt de proceſſu iudicij *ex Bald. Marian. Soccin. & Rot. per eum* quæ firmat quod actus executionis citationis eſt act⁹ extraiudicialis, *& nu. 230.* citat me ipſum dicentem, quod nũcius non decernit, ſed tantum exequitur citationem, & facit tantum nudum miniſterium facti, *& num. 269.* inquit *Rub.* atque hæc dicta ſufficiant circa concluſionem incidenter deductam, quod citatio in Eccleſia per nuncium executa valida ſit, licet aliqui DD. pie contrarium ſenſerint, ne ipſa Eccleſia contemnatur, ſed cõtrarium eſt verius ex rationibus de quibus ſupra. Hæc ille.

Vnde quidquid dicat R. P. D. Ambroſius mihi amiciſſimus incomperto eſt veriorem eſſe opinionem eorum, qui tenent citationem verbalem in Eccleſia fieri poſſe.

Ad materiam huius effectus vide *Ricc. in prax for. Eccl to. 3. in prax. Apoſtaſia Oter. diu iur. qq. p. 3. quæſt. 14. Intrigl. ſingul. 5. lib. 1.*

EFFECTVS CLXIV.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus profeſſus qui Monaſterium deſerit, & cũ habitu vagatur apoſtata eſt.*

Niſi propter magnam Abbatis ſeuitiam à Monaſterio recedat nu. 2. vel niſi ad amicum fugiat quem deprecatorem ad Superiorem haberet nu. 3.

Sed an ſupradicta procedant ſtante diſpoſitione Concilij Tridenti? nu. 4. 5. & 6.

7 *Serui poſſunt propter ſeuitiã, & dominorum aſperitatem fugere, & auxilium à ſuperiore querere.*

9 *Carcerati qui fractis carceribus fugiũt ad M.R.C. pœna fracti carceris non tenentur. nec fuga facit indicium ad torturã nu. 9. vbi etiam de ratione.*

1 CEnteſimus ſexageſimus quartus effectus eſt, quia licet Religioſus profeſſus apoſtata dicatur quando Monaſterium deſerit, & cum ipſo habitu vagatur. *Syluest. in ſumma verbo apoſtaſia n. 9. Verſ. in profeſſo, & verſ. ſi vero exeat poſt Raimund & Innoc. Calder. cõſ. 1. de Apoſtat. Clar in prattic. criminali §. fin. queſt. 78. verſ. apoſtata. Nauarr. conſ. vnic. n. 8. titul. de Apoſtaſ. lib. 5. quos citat Menoch. de Arbitr. cent. 4. Caſ. 546. nu. 34. Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. nu. 1049.*

2 Tamen ſi propter magnam Abbatis inimicitiam, vel ſæuitiam à Monaſterio recedit, vt ad Superiorem vadat, non dicitur apoſtata, *Baldaſſ. de Angel. in l. ſi quis la. 1. C. de Apoſt. Ricciul. de perſon. extra. Grem. Eccl. exiſt. lib. 8. cap. 2. num. 24. Farinacc. de Hæreſ. queſt. 183. §. 2. nu. 92.*

3 Sicut dicẽdum eſt de eo, qui aufugit ad amicum, quem deprecatorem ad Superiorẽ haberet. *Ricciul. vbi ſupra per tex. in l. quid ſit fugitiuus §. fin autẽ ff. de ædilict. edict. l. bouem §. 1. eodem. & Boſſ. tit. de car. fideius. commit. ſub nu. 46.*

4 Sed an ſupradicta procedãt ſtante diſpoſitione Cõcilij Tridẽtini cap. 4. ſeſſ. 25. de Regul. qua expreſſe cauetur ne liceat regularibus à ſuis conuentibus recedere, etiam prętextu ad Superiores ſuos accedendi, niſi ab eiſdẽ miſſi aut vocati fuerint, alias ab ordinarijs locorum tamquam deſertores ſui inſtituti puniantur?

5 Et *Ricciul. loco citato ſub num. 25.* dicit Sacrum Concilium non intellexiſſe imponere pænam in caſu, quo religioſus per fugam, ſeu receſſum à ſuo conuentu nihil aliud expoſuit, quam Superioris auxilium contra ſæuitiam, aut immoderatam tractationem ſui

Præ-

Prælati, vel quia ſtante capitali inimicitia de eis dubitat; quod pluribus rationibus probat, & inter alias vna eſt,
6 quia ſerui, & monachi æquiparantur, *Bald. in l. quid ſit fugitiuus ff. de edilit. edict.* Sed ſerui poſſunt propter ſæuitiam, & dominorum aſperitatem perfugam; & receſſum quærere auxilium à ſuperiore contra ſæuitiam, & aſperitatem domini, *l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* ergo etiam, & licet Monachis.

8 Addo etiã ego quod ſcripſi, *tom. 3. de citat ſingul.* 128. quod carcerati, qui factis carceribus fugiunt, & ad M.R.C. confugiunt, pœna fracti carceris non tenentur; *ex Giurb. Nouar. Ricc. et Auend. & in Racemat poſt. tract. de effect. inimic. num.* 40 ſcripſi quod nec minus hæc fuga facit inditium ex Maſtrill. & ratio horũ eſt quia fugere non dicitur qui ad Superiorem fugit ex cauſa legitima, vt bene notat, *Nouar ſuper prag. Regn. Neap. prag. 2. de milit. nu.* 11. & 12.

EFFECTVS CLXV.

SVMMARIVM.

1 *Statuta debent ad vnguem obſeruari.*

Et tamquam leges ſunt ſeruãda num. 2.

Et ius ciuile appellantur n. 3.

Imo pluſquam leges ſunt ſeruanda ex quo leges imperiales, et canonicas ceſſare faciunt nu. 4.

Etiam ſi ſint odioſa num. 6.

Et ligant tam maiores quam minores regulariter num. 7.

Et præſumuntur eſſe in uſu & qui contrarium dicit probare tenetur num. 8.

Et ſi ſunt impreſſa in volumine ſtatutorum non eſt neceſſe, vt allegentur ſub num. 8.

9 *Statuta quando incipiunt ligare.*

10 *Statutum quod nemo debeat in ciuitate ducere porcos ſub certa pęna non habet locum in eo qui metu hoſtium illuc porcos ducit.*

1 Centeſimus ſexageſimus quintus effectus eſt nam licet indubitati iuris ſit, quod ſtatuta debeant ad vnguem obſeruari. *Muta in cap. Regni Regis. Iacob. in concluſ. nu. 1. et ſeq. Franc. de Leonard in prax. offic. cap. 1. num. 10. et ſeq. Intrigl. conſ. 11. num. 62. et ſeq. Burg. de mod. proc. ex abr. quæſt. 63. n. 3. et 9. et quæſt 85. num. 19.*

2 Et tamquam leges ſunt ſeruanda *l. omnes populi vbi DD. ff. de Iuſt. et iur, Plot. conſ. 6. ſub num. 10. lib. 1.*

3 Hinc eſt quod Ius Ciuile appellantur *Oliuer. de grad. cognat quæſt. 22. nu. 6.* & Appellatione iuris ciuilis veniunt *Gratian. cap. 9. nu. 23.*

4 Imo plus quam leges ſunt ſeruandæ, ex quo leges Imperiales, & Canonicas ceſſare faciunt *Caualc. deciſ. 13. num. 37. & 45. p. 3. Burg. loco citato nu. 12.* & poſſunt detrahere diſpo-
